est in capite tauri ante se. t eum qui est in
capite capricorni post se quod est decimū
signum. Unde est aspectus quartus q̄n
sūt inter planetas tria signa integra. Et
hic aspectus dicit q̄rtus. q: cōtinet quartā
ptē celi scz. xc. gradus. Et h aspect⁹ dr̄ esse

malus: q3 in illo signo sunt ire inimicitie, t inuidie vt dicūt astrologi scz ꝓpter contrarietatē signorū.t ita si sol fuerit in ariete t saturnus in cancro. Possumus autē dicere q3 hic aspectus malus reputat aspectū quatuor malaꝝ affectionuꝫ.que semp aspectum faciunt cē malū scz inuidia ira odiū t luxuria. Malus enī ē aspectus inuidoꝝ. Eccī.xxiij. Nequā est oculus liuidꝰ.inuidi. Item iracūdoꝝ.vnde de saule irato contra dauid dicit.j. Re.q3 iā nō rectis oculis respiciebat saul dauid. Item odientium siue inimicorū.quoꝝ ē aspect⁹ insidiosus t fraudulētus Eccī.xij. In oculis tuis lachrymabit inimicus.t si inuenerit tp̄o non saciabit sanguine. Itē luxuriosoꝝ.quoꝝ est aspectus ilectus t corruptus ij. Pe.ii. O culos būtes plēos adulterijs.

¶ Capitulum.vij.

Aptitudines virtutū viciorꝝ t artiū sunt hoib⁹ ex natura nō tm̄ ex parte ꝙie sed ēt ex pte corꝑis t cōplexiōis quā anima vt plurimū sequit. Maꝝ diuersi hoies sūt apti t dispositi naturaliter ad diuersas artes. Et h ē ꝓpter varias ēt̄ ad virtutes vel opa virtutū. saturnus vt dicit Ptholomeus disponit hoies ad doctrinam. Jupiter ad honestatē: Maro ad magnanimitatē. venus ad amicitiam. mercurius ad eloquentiā t sapientiaꝫ. vñ sm Ptho. mercurius dat cē studiosos. t scie numerorū amatores. sol ad virtuosuꝫ spūs t animam. Luna ad pudicitiam. Similiter ēt̄ ad vicia saturnus vt dicit Ptho. disponit ad pigriciam. Jupiter ad vanaꝫ gliaꝫ t pōpā diuitiaꝝ t honoruꝫ t vestimētoꝝ. vnde dicit Ptho. q3 sub ioue sunt honor t diuitie t optimū indumētū. maro ad irā. vnde sm Ptho. sub marte ponit preliū. carcer t inimicitie. pest enim maro colere t igni t colerice cōplexioni. vnde disponit ad audacitatē t animositatem t appetitū vindicte. t iō maro ab antiquis deus vocabat belloꝝ. Venus dispositus ad luxuriā t voluptates. sol ad auaritiam. vñ dicit Ptho. q3 sub sole cōtinet speꝰ lucri. fortuna t heres. Mercurius ad furtū t mercationū fraudes. vñ Ptho. dicit q3 sub mercurio ponit fortunū. negotiatio. t furtū. Luna aūt sm Ptho. t Alefficit t oñdit merores t tristitiaꝫ. In ārto vero t qnto t octauo efficit t designat rixam anxietatē fugam t mutabilitatē. Similiter ēt̄ ad artes. Saturnus disponit hoies vt sint terrarū cultores t grauū pōdex portitores trapezete. i. cāpsores argēti tractatores. t scriptores. Maro Xo disp̄it ad artes t operōes igneas vt furnarios t ferrarios. Ven⁹ Xo vt sint cātores musici coꝝ amatores. spēx pfectores. artifices t vestiū mulieb⁹iū inuentores. Mercurius vero disponit ad sciam t vsum calculi t cōputationis. t iō dr̄ fuisse deus mercatoꝝ. Sol vero habilitat hoiem ad oia opera auri si fuerit in exaltatiōe sua. Si vero in cāu ad oia opa erit habilitat t disponit. Lūa vero disponit ad artes nauticas t aq̄ticas.

¶ Capitulum.viij.

Avaricia assimilatur vni bre ꝓpter septem. Primo q3 vmbra ē luminis impediriua. sic t cupiditas auaricie impedit anime lumen gratie. Maꝝ sicut vmbra terre causat eclipsim lune scz quando terra interponit inter lunam t solem. ita terrenorum cupiditas causat eclipsim anime quando interponit inter eam t deum. p̄o. Repleti sunt q3 obscurati sunt terre domibus iniquitatum. Ozego. Tenebra anime est diuitiarū cupido. ¶ Secūdo q3 vmbra est caloris repulsiua vel totaliter extincta. t sic cupiditas siue auaritia caloꝝ charitatis minuit vel extinguit. Minuit qdem q3 tanto minus diligitur deus quāto magis diligit mūd⁹. Si ergo amor cupiditatis fit ordinatꝰ. nō tm̄ in tantuꝫ q3 ꝓferat diuitiarum

affectum amoris diuino scz vt ꝓpter diuitias nō velit aliqd contra deum vel primū. diminuit qdem charitatem. sed nō extinguit q3 tunc est peccatuꝫ veniale. vnde Aug. in lib. Decem. qōnum dicit q3 venenū charitatis est cupiditas rerū tpaliū. augmentū eius cupiditatis diminutio. vñ in pfectis nulla cupiditas. Si aūt auaritia in tantū excresceret q3 ꝓferatur charitati. scz vt ꝓpter diuitiaꝫ affectum non vereat facere ꝛra amorem dei t primi sic auaritia è peccatū mortale t totaliter charitatē amore extinguit prime Jo.ij. Si qs diligit mūdum nō est charitas patris in eo. ¶ Tertio q3 vmbra est sterilitatis inductiua q3 nihil quasi excrescit vbi est ptinua vmbra. Sic scia diuinoꝝ verborum nō pōt crescere t fructus ꝓducere vbi est auaritia t diuitiarū cura solicita Matth.xiij. Solicitudo seculi istius t fallacia diuitiarū suffocat verbum. ¶ Quarto q3 vmbra est serpentiū amica t columbarum nutritiua. vñ dicit coluber q̄si colens vmbraꝫ. Ita auaritia maxime est serpentibus infernalib⁹ i. demonibus accepta q3 maxime per caꝫ animas illaqueant. vñ Apost. dicit ꝓmo Thim. vi. q3 qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem t in laqueū diaboli. ¶ Quinto q3 vmbra est maturitatis fructuuꝫ retardatiua. Ita tenacitas auaritie fructus ꝓprie etsi non omnino aliquādo impediat tm̄ retardat. q3 nullū ꝓprie opus boni sic difficulter vel negligenter faciunt. sicut male ablatoꝝ restitutiones. Suggerit enim diabolus illud verbum psal. Beatus qui timebit ⁊c. ¶ Sexto q3 vmbra est timoris excussiua. t h q3 tenebrosa est. Ita filius auarus semp timet ne pdat qd̄ acquisiuit. vt ne deficiat sibi qd̄ habz. Et iō non libere nec ꝓprie vtit eo ꝓpter qd̄ dicit Hieronymus. Auaro tā qd̄ hz q̄si qd̄ non hz deesse timetur. ¶ Septimo q3 vmbra est somni puocatiua. t h ꝓpter frigiditatem Job. xl. Sub vmbra dormit i secreto tha lami. Ita filr auaritia inducit somnum. i. pfunditatem t imobilitatem peccati. Radix enim omnium malorꝝ est cupiditas.

¶ Capitulum nonum.

Brevole sanctorum assimilātur coronis luminū. Apparet enim circa solem t lunā t stellas notabilis corona q̄dam alba que grece dicit halon. Et ita quida sancti notabiles scz martyres virgines t doctores ꝓter cōem coronam glie que aurea vocat. adhuc dicunt hic aureolas. Et designat aureola quoddam accidentale ꝓmium siue gaudium de opibus a se factis. qd̄ hūt rōnē victorie excellentie. qd̄ quidem est aliud gaudium ab eo quo de iunctione ad deū gaudet. qd̄ gaudium dr̄ aurea. vñ Ecc. xxv. Faciet sup aureā alteram coronā aureolā. Signum canit ergo aureole in humāi corona. Primo rōnē ordinis. q3 sic in eis circulus post circulū. Nā sicut lapis ꝓiect⁹ in aq̄ quietā facit circulū post circulū qui paulatim euanescit. Ita cum vapor qui ex tpe est in aere rarus nōdum ꝓtractus in nubem si radius solis vel lune vel stellē cadat directe in centrum illius vaporis diffundit humidū circa radiuꝫ. et h fit circulus post circulum. impulsum. n. sequit formā impellentē. Omne aūt lumen naturaliter est rotundum. t iō ille vapor rotundat. t ita videt iuxta luminare cū sit ꝓpe terrā. Ordo ergo circuli post circulū. i. coronę in sanctis illuminatio reputat ordinem aureole p⁹ aureā. vel vnius aureole post aliā in aliquibus beatis. Sicut quidam beati in celo habent tm̄ auream que est oibus cōis. scz pfectum gaudium quod hūt oēs beati de pfecta iunctione ad deum. Et vocat aurea siue corona. tum q3 cum q̄dam pugna acquirit. q3 regnum celoꝝ vim patit ⁊c. tum q3 per hoc sancti efficiunt participes regie dignitatis. Vñ hanc aureaꝫ habet beata Maria magdalena. Sed viterius quidam saliꝰ super h būt aureolaꝫ. i. quoddam accidentale gaudiuꝫ de aliqua excellenti virtute. puta de virginitate sic etiam beata Martha q̄ etiam fuit virgo

Et quidā super aureolaz virginitatis adbuc hūt aliam.s.predicationis t doctrine sicut beat⁹ Dñicus qui fuit virgo t doctor. Et quidā post hunc circulū adbuc habēt alīū.s.martyrij sicut beatus Petrus martyr de ordine fratrum predicatorz qui fuit virgo.doctor t martyr.t ideo ascendit aureola triplici dotatus. ¶Scdo rōne tpis qz fiunt hmōi corone tpe tēperati frigoris. Nā magnus calor vaporē dissipat t frigus intēperatū nimis ꝺdensat. Est aūt in mundo intēperatū frigus maline .t ideo non dātur ibi aureole nec in inferno vbi intemperatus calor gehēne.sed tm̄ in celo vbi est refrigerij tēperamentuz. ¶Tertio rōne significationis.qz huc circulus si circa periferiā spissatur t nigrescit vel viride fit significat humidas ipressiōes casuras. Si aūt attenuat t sic deficit.aut hoc ē eq̄liter t tūc significat getē t serenitatē aeri aut in vna parte t tunc ex illis oritur ventus. Si Xp̄o rūpit t lacerat in pluribus locis significat tēpestas fm Senec. Ergo prima significatio scz humectatio per plurā doctrine refertur ad predicatores. Secūda scz serenatio refert ad virgines.in quibus serenat mens ad victoriā carnis. Sz tertia scz ventus vel tēpestas refertur ad amatores diuine passionis. Et in istis tribus tm̄ dantur aureole in celo.

¶Capitulum.x.

Baptismus assimilatur fonti ꝓpter septē. ¶Primo qz fōs ē sui cōicativus. Nulli enim se fons occultat sed eq̄ pauperi t diuiti se cōicat. Ita filr ēt baptism⁹ cōis est.t nulli negatur.nec puero.nec seni.nec pauperi.nec diuiti. Zach.xiij. Erit fons patēs domui dauid in ablutionē peccatorū. ¶Scdo qz fons ē lordi um ablutiuus.t baptismus oēs abluit sordes peccatorz scz originalis t actuales t venialis Judith.xv. Ebat in vallem bethulie t baptizabat.i.lauabat se in fonte.

¶Tertio qz fons ē locoz adiacētiū sibi se cūdatiuus. Et ita ēt filr modo baptismus se suscipientes dicit secundare in quantuz fructus gratie.i.virtutes confert nō habēti:t auget habētibus. Dñs super illud ꝑba. Super aquā refectionis t. dicit glosa.q aia peccatoz ariditate sterilis fecundatur p baptismum Prouerb.vj. veniet vt fōs plicatiuus. Nā q̄us in ortu suo sit purus ꝓpter indeficientē flurū magnorū fluuioz est caulatiuus. Nullus n. est fluuius ita magnus qn occulte vel manifeste a fō te aliquo nascatur. Ita filr baptismus augget t multiplicat in adultis grām t virtutes. Hester.x. Fons paruus creuit in fluuium t in aquas plurimas redundauit.

¶Quinto qz fons limpidus est rex omnium in eo existentiū ostensiuus. Quia.s. vsq; ad fundum videntur que sunt in eo. Ita baptismus dirigit in visionem spūalem interiorē t exteriorem .interiorem qdē in ēctū baptismus dr̄ fidei sacrm̄ que oculos mentis idoneos facit ad visionem diuinoz. Exteriorem vero qz baptizatis conceditur inspicere sacramentū eucharistie t non alijs vt Dio.dicit.vñ baptism⁹ fs Damas.t Dionys.dr̄ habere virtutem illuminariuā Hieren.ix. Quis dabit oculis meis fontem. ¶Sexto qz fons est calorīs refrigeratiuus qz baptismus est ardoris t concupiscentie t fomitis mitigatiuus.inquantum in baptismo confertur gra per quā adhibetur remedium ne fomes vel concupiscentia dñetur. Prouer. xvij. Fons vite vt declinet a ruina mortis. Ruina.n.mortis est concupiscētia.qz si fs carnē viteritis moriemini.vt dr̄ Roma. viij. ¶Septimo qz fons est in altum ascēsiuus. Nam quanto primo descendit aq̄ fontalis tanto postea ascendit. Vnde qz baptismalis gratia de celo venit.in cuius rei signuz celi aperti sunt sup xp̄m baptizatum. Luce tertio.ideo ipsa facit vsq; in celum ascendere baptizatos.t iō dicitur baptismus aperire ianuam celi. Joānis qr to. Fiet in eo fons aque salientis in vitaz eternam. ¶Item baptismus est figurat⁹

in fluuio Jordanis. ¶Primo qz iordanis lepram naaman syri mundauit.t similiter aqua baptismi mundat lepram.i. infectionem peccati. ¶Secundo qz iordanis regionem iudeorum fidelium a regione infidelium diuidit.t similiter sacramentum baptismi distinguit religionem fidelium.i. xp̄ianorum ab omnium infidelium populis Job.xxviij. Diuidit torrens a populo peregrinanti. ¶Tertio qz iordanis coram filijs israel se aperuit t ad terram ꝓmissionis siccus iter exhibuit.in quo significatur qz baptismus ianuaz gre nobis aperit t ad terram ꝓmissionis idest ad vitam eternam viam nobis facit Joannis iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua t spū sco non potest introire in regnum dei.

¶Quarto quoqz qz Jordanis ex ꝓtactu mundissime carnis xp̄i sanctificari meruit.vnde eo mediante xp̄s vim regenerati nam contulit aquis. Et ipsum sacrm̄ humane salutis idest baptismū in aqua fieri instituit. Ephe.v. Mundās lauacro aq̄ tē. ¶Quinto qz in iordane Joānes baptista celos aptos vidit.vocem dei patris audiuit.filium in carne lauit spūsanctum in columbe specie sup ipsuz descendere vidit.in quibus significat qz baptismus ianuā celi aperit.t ad sancte trinitatis notitiam t visionem apertam in qua consistit vita eterna feliciter introducit.

¶Capitulum.xj.

Beatitudines que enumerant in ſmone dñi i mōte Matth.v. possunt assignari ventis. Nā primo ventus est nauigantium deductiuus t ꝓmotiuus.fortissime eni in mari curritur si bono t forti vēto nauicula ipellatur Hoc aūt proprie competit prime beatitudini que ē paupertas spūs. Nam pauperes spū sunt qui per mare huius seculi ad portū t quietē regni celestis expedite t sine ipedimēto perueniunt. Vñ dns dicit Beati pauperes spū qm̄ ipsorum est regnum celoz. Vbi nota qz in mari huius seculi tria ipedimenta occurrunt que nauem anime frequenter submergūt. Vnū impedimentum est ex vndis siue fluctibus tumescentibus.t illud designat elationes t tumores bonorum mundanorum. Hoc aūt impedimentum tollit paupertas spūs Nam sicut dicit glosa. Pauperes spiritu sunt humiles deum timentes.t tales profecto non ambiunt sed fugiunt honores. vnde vnda tumescentis superbie minuere hos inuoluit. ¶Secundum impedimentum est ex scopulis occurrentibus in quos quandoqz nauis impingit. Et isti scopuli sunt cure seculi t cupiditates diuitiaruz a quibus etiam liberat pauptas spūs.

Vnde dicit alia glosa.q pauperes spiritu sunt q nihil habent t oia possident:quorum scz gloria ē nihil in terra possidere t sine solicitudine viuere. ¶Tertium impedimentum est ex spūbus absorbentibus Sunt enim in mari syrtes.i.loca fabulosa interclse aquosa profunda nimis. Nec autem profunditas aquaruz est voluptas illecebrarum carnis.a quo ēt impedimento paupertas spūs liberat.vnde dicit glosa super Lucā.q pauperes spū sunt q nō querunt illecebrosa. Talibus ergo pauperibus ꝓmittitur regnum celorum.in quo felicet assequuntur t excellentiam bonorum t voluptatem spiritualium delectationum:de qua in ps. Torrente voluptatis tue potabis eos. ¶Secundo ventus est ardoris t estus refrigeratiuus.sicut patet de aura t de vento frigido aquilonari. Et huic assimilatur secunda beatitudo que est mititas cuius est refrenare passiones irascibiles.t precipue ardorem ire t furorem. Et de hac dicit dominus.Beati mites quoniam ipsi possidebunt terrā. Mititas t mansuetudo idē sunt realiter tamen posset dici qd differant.quia mansuetudo dicitur quantum ad effectum.vt de Cassiodoro dicit̄super ps.q mansueti dicuntur quasi manu assueti.hoc est tolerantes iniurias.Sed mititas dicitur

quantum ad affectum. vñ ille dicitur mitis quem non afficit rancor & ira. Talco si beati qñ possidebunt terram. Et in hoc qđ dicit possidebunt notat securitas. in h vero q dicit terraz notat stabilitas. Vel fm Aug. possessio terre significat affectū bonum anie quiescentis p desiderium in stabilitate hereditatis eterne q̄ per terraz signiſicat. ¶Tertio ventus est imbrium & aquarum causatiuus sicut ps de vento australi. qui cum sit calidus & humidus aerē condensat & turbulentiam generat. vnde dicit auster ab hauriendo aquas. Huic assimilat tertia britudo scz luctus in quo imber lachrymaz effundit. Et de hac dominus dicit. Beati qui lugent scz peccata sua vel etiā aliena. Chrisost. Beatus qui peccata sua luget. beatior q luget aliena. q enim aliena luget certū est q̄ sua non hz que lugeat. ¶Sequit premiuz qñ ipsi cōsolabuntur. & hoc quadrupliciter. Primo de peccatoz remissione Isaie. x. Conuersus est furor tuus & consolatus est me. Secundo de penarum euasione. Apoc. vij. Absterget deus omnez lachrymā ab oculis sanctorum. & iam nō erit neqz luctus neqz dolor. Tertio de gre & glorie adeptione. Isa. lxvj. Baudete gaudio vniuersi q lugebatis sup ea. Quarto de vltione maloz. ps. Letabitur iustus cū viderit vindictam. ¶Quarto ventus est ignis accensiuus. vñ fabri habent cōflatoria per flatuz siue ventum ignem accendentia. Hoc ät competit ārte beatitudini que est esuries iusticie. hec. n. esuries nihil aliud est q̄ sue censum & ardens desiderium iusticie. Mā esurire est cum desiderio velle. vñ esurire debemus iusticiam vt intelligamus nos sp indigere. Et iō de hac dicit dominus. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam qñ ipsi saturabuntur. Et dicit qui esurūt iustitiam non pecuniam. ps. Diuites egueruntt & esurierunt. Item dicit iustitiaz nō sapientiam: q̄ de sapientibus seculi & curiosis dicit. ps. Esurientes & sitientes ea anima eorum in ipsis defecit. Item dicit iustitiam non potentiam. Prouerb. xxvij. Leo rugiens & vrsus impatiens princeps impius super populum pauperem. Item dicit iustitiaz non lasciuiā. Luce. xv. Quā ti mercenarij in domo patris mei abundant panibus ego autem hic fame pereo. Sequitur premiuz. qñ ipsi saturabuntur scz cum viderint vindictam. Isa. vltimo. Egredientur & videbunt cadauera eorum qui preuaricati sunt in me. Postea sequitur. & erunt ad satietatem visionis omnis carnis. Item saciabuntur cum apparuerit gloria dñi. ps. Saciabor cum apparuerit gloria tua. ¶Quinto ventus est seminuz ,pductiuus nutritiuus & augmentatiuus. sicut patet de vento australi qui calorem causat. pluuiaz & rorez administrat. pozos terre aperit gramina & semina ,producit, nutrit & auget. Et h competit quinte beatitudini scz misericordie. que semina elemosynarum. De quibus Aplus loquitur. ij. Corin. ix. dicens. Qui parce seminat parce & metet. producit exhibendo. nutrit compatiendo. auget continuando. De his seminibus fructus eternus colligitur dicente apło. Qui seminat in benedictione de benedictione metet vitaz eternaz. Hic igitur misericordie ventus qui calorem amoris pluuiam & rorem gratie acgrit. pozos terre. i. viscera terreni hominis aperit & scia elemosynarum producit. De hac igit misericordia dicit dñs. Beati misericordes qñ ipsi misericordiam consequentur. Augu. Misericordia est quedam aliene miserie cōpassio. Hylarius. Misericordes sūt qui in ghuslibet subueniunt miseris. quoz benivolo affectu ad omnes tantum delectatur deus. vt eis misericordiam suaz p̄stiturus sit. Et nota q misericordia mutatur respectu cure sue ,ppric. Ecclī. xxx. Misere anime tue placens deo. augmentat respectu necessitatis aliene. Job. xxij. Si comedi bucellam meam solus. & fūmat respectu miurie illate quando homo orat p persequentibus. ¶Sexto ventus ē aerio serenatiuus sicut ps de vento boreali qui

eum sit frigidus & siccus est aerio depuratiuus pluuiaz & imbrū fugatiuus & serenitatis inductiuus. Hoc igit cōpetit sexte beatitudini q̄ est mūdicia cordis in q̄ ē cōscientie tranquillitas & serenitas. De hac dicit dñs. Beati mūdo corde qñ ipsi deuz videbūt. Dicūtur aūt mūdo corde illi qui sunt mūdi a vitijs quos nō arguit cōscientia peccatorū: q dicunt beati qm ipsi & nō alij deū videbūt in pūtu per cōtemplationem in futuro p fruitionē. Augu. De quē nō nisi mundi cernere possūt. Idez deus q̄ clari q̄ felices q̄ beati oculi q̄ te contē plant. Ber. Delectabilis est ad videndū suauis ad hūdum: dulcis ad pfruendum. ¶Septimo vētus est corporū conseruatiuus & augmētatiuus: sicut ps de vētis borealibus q corpora cōseruant: & eo q̄ aerem pestilētem sanāt & digestiuā adiuuāt & retentiuā cōfortāt. Itē augmentāt vim regeratiuā: vñ Aristo. dicit q̄ sub b vēto generant masculi. Et iō Iacob sub b vēto dicit posuisse virgas varias ante oculos ouiū vt: generarēt. l. sub aglonc. Hoc aūt cōpetit septime beatitudini. s. pacis: per quā pestilētie guerraz remouent virtutes cōfortant: & bona tā spūalia q̄ tpalia augmentant. Mā in pace interiori cōscientie cōseruant & augent bona spūalia. In pace Ao tpali cōseruant & augent bona tēporalia: q̄ sicut dicit Hiero. Cōcordia minime res crescūt: maxime Ao discordia dilabunt. De hac ergo dicit dñs. Beati pacifici qm filij dei vocabunt. Et dicūtur pacifici pacē habētes ad seipsos. ij. Cor. xiij. Pacē habete & deus pacis & dilectionis erit vobiscū. Item dicunt pacifici pacez facientes inter ,primos: vñ Ber. non dicit beati pacifici sz pacifici: q̄ non tñ par est dicenda sz facienda. Et sequit premiū qm filij dei vocabunt: tū q̄ ipse est deus pacis tū q̄ ciuo ,ppriū est reconciliare. Item quia ipse fecit nobis pacem.

¶Capitulum xij.

Bonitas & malicia hūane vite multū pacnit ex exercitio & ocio glone. Est eni humana vita vt aut terra q̄ quāto plus fodit & vertit tanto infert ei virtutes cū singulis partibus amplius proficetur & semp aptior reddit vt ex ea fructus multiplet generet. Quādo Ao nimis stat ociosa ad pductionē fructuū redditur min⁹ apta. Sic ēt vita hominis quāto bonis laboribus amplⁱ exercet tanto fructus glorioſior finaliter ex ea colligit. Sapiēte. iij. bonoz laboz gloriosus ē fructus. vñ cōsulit. Prouer. xxiij. Diligēter exerce agrū tuū & cē. Sed econuerso cum vita humana sine labore opis & pnie cultura pigrescat: nō fructus vites sz noxias herbas gignit cū fm illud. Prouer. xxiij. Per agrū pigri hominis trāsiui: & ecce totū repleuerūt vrtice. Ager hois pigri ē vita hois ociosi quā replēt vrtice. i. vicioz incēdia. Eccli. xxxij. Multā malitiā docuit ociositas. ¶Item bonitas & malitia humane vite variatur ad modū aque: variaf enī aqua in bonitate & malicia fm Auicenā & sunt regule sūpte a multis. Prima a motu q̄ currētes aque sūt meliores stātibus. Item currētes ad orientē sunt meliores currētibus ad septētrionē. Currētes Ao ad meridiē peiores currētibus ad occidentē. Sic & iter homines currētes p velocitatē & cōtinuitatem bū operādi vel p viā mādatoz dei remunerātur tanq̄ boni. Matth. xx. Voca operarios & redde illi mercedē suā. O cio si Ao stātes obiurgātur tanq̄ mali. Ibidem qd hic statis tota die ociosi. Vel curētes sūt feruēter amāteo. Aplus. j. Cor. ix. Sic currite vt ,prebēdatis: sz quasi stātes sunt q motu amoris carēt. Et hoc stare cadē est aplo. j. Cor. x. Qui se existimat stare videat ne cadat. Sed q̄ currunt ad orientē. i. ad xp̄z ō q̄. Zacha. vj. Ecce vir oriens nomē eius: isti sut boni. Qui Ao ad septētrionē. i. ad statū peccati vbi abūdat frigus malitie. Vñ significat ip̄z p septē-

trionē.i.per vsū siue p arcturū q̄ continet
septē stellas gelidas .i. septē capitalia vi-
cia q̄bus in alia extinguit calor charitatis:
ista inquā sūt male q̄que .i.male dispositi.
Ire istī q̄ currunt. ad meridiē vbi est fer
nor solis.i.ad fauorē mūdane cōsolatiōis
s.vt velit in h mūdo suas cōsolatiōes hic
peiores sūt currētibus ad occidētē.i.ad ca
su aduersitatis.vñ Abzaā dixit diuiti epu
loni. Lucē.xvj. Recordare q̄ recepisti bo
na in vita tua. Ecce iste cucurrit ad meri
die t lazarus silr mala t ipse ad occidētē.
Sequit nūc Yo h cōsolatiū Yo cruciatu
rio. Melius est ergo h ire ad domū luctus
q̄ ad domū conuiuiū: vt dr Eccli.vij. C Se
cūda regula sumit a gete aq̄. Mā stantiuz
aquaz sūt gradus. In pmo cni t maiori
gradu malicie sūt aq̄ stātes q̄ būt viscositaz
pellē in superficie: secūdo paludales: tertio la
cuales: quarto putrales. qnto fontales. In
telligūtur ergo p putrales q̄ sūt plūde pec
cata cordis: p fontales q̄ extra pdeūt pec-
cata oris: p lacuales q̄ sc lauus t patēter
extēdūt peccata opis: p paludales aūt q̄ su
niositatē generant t sūt cā corruptionis
pniciosa extēpla pcipue plator. Sz p aq̄s
viscosam pellē būtes inherētiā cluctudi
nis prauc intelligc q̄ est viscus tenaciter
inherēs. O cōs ergo be aq̄ sunt male licet
plus t minꝰ vt pz p se. C Tertia regula su
mitur a fūdo aq̄. Mā q̄ būt fundū lutosuz
sine corruptiōe sunt bone: q̄ arenosū sunt
minꝰ bone: q̄ plūbeū sunt male. Fundus
aq̄ est cor. qđ ē fundamētū vite: hoc si ecēt
lutosū.i.imūdū cū corruptiōe peccati: tunc
nō faceret aquā bonā.i.bonā vitā: sed sīlr
lutosū.i.humile vt.s.hō cōsideret t cogno
scat se eē vt vas luteū t fragile: sicut dicit
Apūs.ij.Cor.iiij. Habem⁹ thesauz istuz
in vasis fictilibus: tūc q̄ tale lutū siue fun
dū est sine corruptiōe peccati facit bonaz
aquā.i.inducit ad bonā vitā. Sed si sit fū
dū arenosū.i.cor mundū: sed tōi aliquātu-
luz graue.i.tardū t tepidū ad spūalia opa
est aqua.i. vita minꝰ laudabilis. Sz si sit
plūbeū.i.inigrate granatū: q̄ inigrato gra-
uat ad modū plūbi. Ysa.xxxiij. Granabit
cū inigrato sua: tūc est aqua.i. vita mala.
C Quarta regula sumit a vi minerali q̄
quā trāseūt. Mā q̄ p auz trāseūt minꝰ no
cent q̄ q̄ p ferrū: licz cōfortāt interiora: sz
q̄ per cuptū sunt pessime t minus valde.
Per trāsitū auri accipit cupiditas auaro
rū que est mala: p trāsitū ferri truculētia
tyrānoz q̄ est peior. p trāsitū aūt cupri im
puritas hereticoz q̄ est pessima: pluo enim
nocuerūt ecclesie hereticī animas corrūpē
tes q̄ tyrāni corpa pdētes. C Quinta re
gula sumit a grauitate t leuitate: nā aque
leuiores sūt meliores: vñ aqua cocta leui-
or et penetrabilior est q̄ cruda. Nō enim
vez est dictū quoꝝdā rudiū.s.q̄ cū aqua
coquit subtile euaporet t grossū remane-
at: t iō sit grossior q̄ cruda q̄ solū corpus
mittū t cōpositū inspissat decoctiōe: sim
plex aūt fit rarius q̄ p calidū qđ bz cōgre
gare homogenea separant pceo aq̄ a ter-
restribus q̄ prius oēs mitte crāt. Alia etiā
aut cā est: q̄ aqua cū coquit subtilrat t iō
pceo terrestres magis penetrāt p ipam t
dēcēdēdo fīdēt i fundo. Vñ oz q̄ aq̄ cocta
maiorē faciat fīdētiā q̄ ñ cocta: ergo me
lior est aq̄ leuis q̄ grauis t cocta q̄ cruda
Et sic ēt mēo tūc est bona q̄ñ est ab one-
re peccati leuigata t a terrestri amore se-
parata. Sz tē ecōtrario mala q̄ñ ē petō gra
uata t terrestritate i terreno amore respsa
Sz tē ē mēo pfecta: q̄ñ ē igne diuini amo
ris decocta vel igne tribulatiōis purgata
t, pbata: q̄ patiētia opus pfectū bz: sz si fit
crnda igne amoꝝ ñ calefacta nec igne ali-
cuius aduersitatis purgata tūc nec lauda
bilis est nec sana.

C Capitulum.xiij.

Caritas assimilat soli ppē
ter. C Prio q̄ sol ē virtutē
vnitiue: planetas.n.vnit t cō
ciliat i effectib⁹ suis. Cōciliat
ēt ꝺria ela inicē: sic ēt charitatis effectꝰ est vnire spūalr: vñ Apūs vocat cā vinculū pfectiōis: q̄.s.pficere vnit t
ligat aiam deo t corda fidelīū inicē i deo.

Propter qđ de pmis fidelibꝰ ecclesie in q
bus charitas abūdabat dicit. Act.iiij. q̄
multitudinis credētiū erat cor vnū t aīa
una. pro. Oratio ē sol t cōgregati sūt. s. fide
les in vnū. Scō q̄ sol ē virtutis vnificā
tiue q̄ nihil vnit vbi sol nō attingit. Vñ
planēte p absentiā solis videnē in hyeme
mortue approximāte sole in vere itez fūt
viue. Ita charitatis dilectio de morte trās
fert ad vitā fm illud Joh.iij. Nos scimꝰ
q̄ trāslati sumꝰ de morte ad vitā: q̄ñ diligi
mus ꝛc. Eccli.ix. Perfruere vita cū vxore
quā diligis cūctis diebꝰ vite istabilitatis
tue q̄ dati sūt tibi sub sole. Quasi.n. vir est
spūs t cāsi vxor caro. Tūc enī spūs cum
vxore sua vita pfruit q̄ñ simul cū ipa car-
ne charitatis opibus ctereē: t ipoz dulce
dine quasi fructibꝰ qbusdā refocīt: t h cun-
ctis diebꝰ vite pītis q̄ est istabilis: q̄ nūq̄
hō in eodē statu pmanet t sub sole .i. sub
charitatis feruore. C Tertio q̄ sol est vir-
tutis eleuatiue siue attractiue: q̄ vi caloꝝ
vapores a terra t mari deducit: t eductos
sursū attrahit t cōdēsat in nubes t sic cō
dēsatos inuicē in nīues grādines vel aq̄s
resoluit. Ita charitas corda calefaciēs va
pores affectionū vel orationū vel cōpūctō
nū ab eis educit t sursū ad deū attrahit t
nādē in lachrymas resoluit. C Quarto q̄
sol est virtutis pfectiue: q̄ caloꝝ clemēta-
ris icipit agere generationē corpoz: solā-
ris aūt caloꝝ pficit t, producit ad debitū cō-
plemētū vt dicit Alexāder. Ita vitā spūa
lem timoꝝ inchoat: sed charitatis amoꝝ p
uehit t cōsumat: vñ pfecta charitas foras
mittit timorē. C Quinto q̄ sol est virtutis
formatiue q̄.s.p eius clōgationē t appro
ximationē facies hominū t corporalū di
sponūtur: vt dicit Ysido. sicut pz in ethio-
pibus t alijs contrarijs regionibus. Ita
charitas forma est omnium virtutum si-
cut dicit Ambro. Et hoc apparet quadru
pliciter. Primo q̄ monet omnes virtu-
tes ad opera p que perficiūtur virtutes t
merentur augeri. Secundo quia omnes
virtutes mouentur ad finem charitatis.
scilicet ad bonum. Charitas enim habet
bonum pro fine tantum. Tertio quia cha
ritas augmentat virtutum delectationes
t tollit fastidium t alleuiat onera propter
ipsius boni desiderium. Quarto quia cō
plet animam t perficit non quidem in ce
nature sed gratuito. C Sexto quia sol est
virtutis immutatiue. Immutat enī ipos
dico quia fm diuersam solis dispositio-
nem immutationem recipit dico. Nam
primo rubet in mane lucet in tertia: fer-
uet in meridie: pallet in vespere. Vnde t
quatuor equos fingitur in fabulis habuis
se: primus eritheus.i.rubēs secūdus aīheri
cus.i.splendens: tertius lampas.i. ardēs
quartus phlegteus.i.amans terram. Ita
charitas quoddam facit rubentes in mar
tirij passione: quoddam lucentes in doctri
ne institutiōe: quoddam feruentes in dei
affectione: quoddaz pallētes in carnis ma
ceratione. C Item charitas assimilat igni
quo ad quatuor. Primo quo ad formali
tatez quia vt dictum est supra capitulo. v.
Ignis inter cetera elementa est maxime
formalis. Multum enim bz de forma pa
rum de materia. Sic amoꝝ charitatis ēs
replet facit habere modicū de affectu ma
terialiū siue temporalium rerum t pluri-
mum de appetitu formalium. idest spiri-
tualium bonorum: vt iam non carnalia
carnaliter: sed spiritualia spūaliter diligat
Distinguit enīz Bernardus quatuor mo
dos diligendi. sz diligere carnem carna-
liter spiritum carnaliter: carnem spiritua
liter: t spiritum spiritualiter. Secūdo quo
ad mobilitatem quia ignis semper est in
motu. Sic t amoꝝ charitatis eos in qui-
bus est semper facit esse in motu boni
operis. Vnde Gregorius dicit q̄ inuisibꝫ
est amoꝝ dei ociosus: operatur enim ma-
gna si est: si autem operari dēsinit iam
amoꝝ non est. Tertio quo ad virtuositā-
tem. Nam ignis habet virtutem inclinā-
tem alta t elevandi infima: congre-
gandi sparsa. Sic amoꝝ sīn Dyonisium
habet vim inclinatiuam: qua inclinat

supiora inferioribus. Itē habet virtutem elevativā qz elevat inferiora supioribus t ordinativā qz coadunat equalia equalibus. Quarto q̄ ad ppietatē. hz eni ignis multiplicē ppietatē vt ponit beat⁹ Dyonisius virtuno capitulo celestiu hierarchie quaz aliquē cōperūt charitati: videlz q̄ ē sui cōicativ⁹. Nā sicut dr ibi ignis oibus sibi quoquomō appropinquantibus nō fm locū tm: sed fz cōgruētiā materie vnusquisq; cōicativus est. Et ppter hoc licz ignis in spera sua tāgat orbē lunc: nō tñ ipsimit in ipsū cū coz nō fit mā vna. Sic charitas facit bona cē cōia t maxime inter primos t domesticos: qz si qs suoz t maxime domesticoz curā nō huius fidē negauerit est infideli deterior vt dicit Apls. j. Thi. v. Tenet etiā hō ex necessitate charitatis subuenire nō oibus indigentib⁹: qz hoc ēet impossibile vniuersaliz sed tenet subuenire sibi appropinquantibus. i. de primo occurrentibus. Et nō solū charitas cogit hoiem cōmunicare bona sua p subuentionē sed ēt se ipm in obsequiū vel saltē p cōpassionē fz illud. j. Corinth. xiij. Libenter ipendar t superpendar ego ipe t̄. Itē ignis est maxime activ⁹ vñ inter elemēta appropriat ei cē actiuū. s. ppter calidū cui⁹ ignis ē pncipiū vt dicit pbo. ij. Metaph. Vñ calidū primo t p se cōperit igni solū aūt calidū est simpliciter actiuū inter qualitates elemēta rea qz hūidū t siccū sūt q̄litates passiue frigidū āt nō ē simplr actiuū vel morituū fz mouet p̄ualdo motū: vñ ēt movet ad cētrū vbi fit congregatio t immobilitatio t ñ diffusio. Vñ fz alia ela aliquo mō sint activa ignis tñ ē magis pncipalr activ⁹. Et sic est charitas respectu virtutū. Vñ ois virtutis actio pfecta quodāmō attribuit charitati t ipa dr esse forma oium virtutū. Et propterea apls dicit Bala. v. q̄ fides p charitatē opat. Nā qz per charitatē ordinat actus fidei t ēt cuiuslibet alteri⁹ virtutis ad vltimū finē: iō ipa dat formā actibus oium virtutū. Vñ nulla virtus sine ea p fectorie vel meritorie opatur. Et iō Ysie go. dicit q̄ nihil hz viriditatis ramus bonum opis nisi māserit in radice charitatis. Itē ignis vt dicit Dyoni. adest inuisibiliter oibus. s. mittis. fz nō actu fz virtute t iō inuisibiliter. Vñ videmus q̄ ex oi fricatione corpe ignis p collisionē excutit. Et ppterea Dyoni. dicit q̄ est pns oibus inuisibiliter. Et posset b generaliter intelligi non tñ de corpibus mittis: fz ēt aliquo mō de singulis ac oib⁹ corpib⁹ inuisibiliter. Posset eni dici q̄ ignis sit pmo. qdē in corpibus supioribus. s. celestibus p pncipiū sui qz cuz ois alteratio reducat in celū sicut i pmū alterās nō alteratū neqz dispositus p qualitates alterabiles oz in celo esse pn capū oium q̄litatū activaz t passivaz: sicut Mars pncipiū est calidi t sicci intēpati t sol tpati. vel etiā viterius i aliquā ilel laz firaz t fixr in aliis. Est ēt ignis in corpib⁹ inferioribus p mittionē: t est in mittis nō actu fz virtute vt dicit pbus in libro de generatōe t corruptiōe: in se autez est actu. Sic ēt p charitatē hō oib⁹ adest. s. p affectiōem. Nā cū teneat oēs diligere: t aia verius sit vbi amat q̄s vbi animat vt dicit Augu. Quia p cognitionē cognitus ē in cognoscēte: fz p amorē ecōtrario ē amās in amato: opz q̄ p ipam dilectionē oib⁹ quodāmō quos diligit pns sit: vñ Apls dicebat. Et si corpe absens: spū tñ sum pns ad Colosenses. ij. Itē ignis nūc est occultus nūc manifestus: vñ t Dyonisius dicit. Cū neglectus est. i. sub cinerib⁹ occult⁹ videt q̄si nō ē fz remotis cinerib⁹ subito elucet q̄si, puocat⁹ naliter ad quādā vindictā sue despectiōis: sic licz charitas ex occupatiōibus exterioribus seu necessitatibus q̄q̄z videat tepescere tñ subito t cito reaccēdit t ex indignatione corporis pīni amplius inflāmat. ppo. Nā qd q dormit nō adijcet vt resurgat. Secūdo Machab. j. Refulsit sol q̄ prius erat i nubilo t accēsus est ignis magnus: vnde amor diuinus aliquē facit latere ad contēplādū: aliquē apparē ad agendū. Item ignis sine sui diminutiōe ē sui. distributi

nus. t diuisiuus: vñ ad ignē vnius cādele innumerabiles possūt accēdi. Sic amor charitatis nō minuit: fz auget ex eo q̄ ad plures diuidat. Itē adhuc hz ignis plures alias cōditiones q̄ charitati cōuenūt ex se est lucidus: calidus leuis t subtil q̄ charitas facit nos lucidos in discretiōe q̄dox: calidos in benuolētia. primoruz leues t mobiles in obedientia mādatoruz subtiles siue tenues in cōtēptu terrenoz vel i abstinētia ciboz. Itē charitas assimilatur calori. Primo qdē q̄ calor ē generatiōis oium pncipaliter effectiu⁹ sicut pz de calore celesti. Et sic charitas est qua virtutū oium opa generant t ad pfectum finē pducunt. Secūdo q̄ calor est inferiorū ad supiora reductiu⁹ q̄ dissoluit terrestria in aquosa: t aquosa in aerea: t aerea in ignea: t sic iferiora p media reducit ad supima. Sic charitas facit incipientē. proficientē t p̄ficientē: t mediante ēt. primo reducit nos in dcū. Tertio q̄ est duroz remolliti⁹ sicut pz in metallis q̄ dissoluit t liq̄facit ēt mucil t grādines glaciesq; t sic charitas dura corda dū apprehendit ad pietatē emollit. Quarto q̄ est ligdorum iduratiu⁹ sicut pz in ouis in igne positis in q̄bus subtiliorib⁹ ptibus resolutis remanentibus terrestribus reb⁹ durescit: t fixe facit calor solaris. Sic charitas dei mollia t nutantia corda cōsolidat t corroborat. Quinto q̄ ē grossoz t dēsorum subtiliativus. Nā rē in quaz agit dissoluit t sue actiōi idoneā facit. vñ cū rem ad simplicitatē ducere laborat eā subtiliat: vt pz in glacie q̄ duz dissoluit subtiliat. Sic charitas diuites grossiores metallis subtiliat dū eos facit oia dare in elemosinas. Sexto q̄ est metalloz depurativus t totius coz rubiginis cōsūptiu⁹: t sic charitatis seruoz ois peccati rubiginē ab ea tollit. Septimo q̄ est grauiū alleuiativus: q̄ dū hūiditatē q̄ grauitatis est cā in reb⁹ cōsumit pōdus rei diminuit. Calidū eni facit hūidū evaporare q̄ vapor depuratus t in subaz aeream vel leuē mutat⁹

lectionis cohibet fluxū peccati.

¶Capitulum.xiij.

Caro in mūdo videt vt in pluribꝰ spiritū ꝓualere t cē fortior cōfz in celo cōuerso to taliter spūs dominabit ipsi carni: t caro erit per oia spiritui subiecta. Videmꝰ enī q̄ libet planeta celestis fortior ē in ꝓpria q̄ in aliena domo eriit. t sorꝫ eē inde ipsimit t agit Domus enī planetaꝝ dr̄r signa celi in q̄bus libet planeta dicit bēre domū suaꝫ. Mā domus saturni vt dicit albumasar p̄ma t ꝓpria est capricornus: t sibi aq̄rꝰ domꝰ iouis piscis t sagitarijꝰ domꝰ martis arites t scorpio domus veneris libra t thaurꝰ domꝰ mercurij virgo t gemini domus solis leo tūc cācer. Et ps q̄ sol in leone q̄ est domꝰ eius ꝓpria fortior ē q̄ in alio signo t sic est de alijs. Sic q̄ in mundo isto est ipa caro naturaliter velut i domo ꝓpria spūs tanq̄ in aliena frequēter ꝓtingit q̄ caro ꝓualet t dominat spiritui. In celo vo vbi cōuersio erit spūs vt in ꝓpria domo t q̄si in aliena patria erit quodāmodo ipa caro nō erit spiritui tanq̄ potēnori totaliter subiecta. Vñ vocabit sm Apostolum.j Corinth.xv. Corpus spirituale. ¶Carnis t spūs pugna ingetudinē generat cordis t ausert trāquillitatem mētis. Mā q̄n in sublimi apparēt duo vēti fortes ꝓtra se inuicē pugnātes significat tēpestas maris t tūc procella maris nō libere trāsit ad prē vnā: sz vna obuiat alteri et ipa pugna vētoꝝ tm q̄ superior est et ipsis vētis vincit eo q̄ min⁹ est admixtꝰ hūori t ō minus sedabilis. Quasi aūt duo venti ꝓtrarij sibi in aere sūt duo appetitꝰ aduersantes sibi in homine. l. spūs t carnis glꝰ dicit Aplus. Caro cōcupiscit aduersus spm t spūs aduersus carnē. ij. Cor. iij. Et cor ergo pugna sequit tēpestas maris. i. ingetudo cordis: q̄ cor nō pōt se libere ad prē vnam trāsferre. i. spūs carne repugnāte ei dē. Unde Aplus Roman. vij. Video inquit aliā legē in mēbris meis repugnātez legi mētis mee: nec ēt ad prē carnis spiritu retrahēte: vnus q̄ obuiat alteri q̄ sibi inuicē aduersant. Sz po q̄ est in ordine nāli supiorꝫ. l. spūs tūc carnē vincit q̄i hūori aqueo. i. carnali amori admixtꝰ nō existit sez q̄i se tenet in sua puritate. tūc eni ipse spūs q̄si carnē t ossa nō bz: vñ Aplus Roman. viij. Si spū facta carnis mortificaueritis vinctis. Carnis delectatio lz sit sensui dulcis: intus tñ aiam occidit. Cuius exemplū est q̄ aliq̄s cadit sup herbas t folia arboꝝ ros ſuēs t viscosus ad moduz mellis t q̄ mel nō ꝓcul latet. iō aues cō medēteo herbas illas mortunt. de dissenteria t iacniunt: imo crocee, ppr̄ colerā q̄ generat ex melle. Sicut ergo dulcedo rosis in herbis est delectatio carnis in opibus voluptatis. q̄ dulcedo in vētre colerā gignit t auē extinguit: q̄ delectatio ipa carnis i mēte amaritudinē t ꝓfectionē remoz sum relinquit q̄ est amare colere filios tē. Nec ēt aic inocētiā spūaliter occidit. vñ aplūs Roma. viij. Si sm carnem viceritis morieminī.

Capitulum.xv.

Concupiscētia carnis assistit nebule ꝓpr̄ septē. ¶Primo q̄ nebula ē ex corruptis vaporibus resoluta. Nebula. n. ē impressio ex resolutiōe nubiū generata t in pluuiā resoluta: vapores. n. resoluti t p singulas aer⁹ ptes dispsi nebulā faciūt. Qñ igit talis vapores sūt corrupti tūc generāt pessimā nebulā: aliq̄n fetidā q̄ aer inficit. Ita ex corruptis t iudicio collegio vel aspectibus gñat concupiscētia inordinata t inflāmata q̄ corpꝰ incēdit t inflāmat. ¶Secūdo q̄ nebula est flos germinū t vincaz corruptiua. Ita mala concupiscētia corrūpit flores bonaz cogitationū gramina affectionū: t fructꝰ vincaz. i. opa penitētiā Job. xxij. Ignis ē vsq̄ ad consumationē deuozō t ois eradicāo genimina. ¶Tertio q̄ nebula ē multaz egritudinū inductiua: q̄ ex mordinata luxurie concupiscētia multa oriunt vicia. Nā sm Dre. Ille luxurie sūt cecitas mētis q̄ sm Augustinū absorbetur. Ipē incōsideratio lez gustatio absorbetur. Ipē incōsideratio lez mortis t inferni: incōstantia ad cogitādū nūc illud nūc aliud. Amor sui quo. l. desinerat longā vitā vt expleat voluptatē suā ꝓcipitatio qua saltiquis ꝓcipitat se ad pec candū exponēs se ēt q̄libet periculo vt luxuriā expleat. Odiū dei q̄ sit q̄ deus abstrahit se ab eis t punit eos q̄ sequunt carnis delicias ad quas inclinat luxuria. Ipē affectus p̄fatis seculi. l. appetitus bonoꝝ diuitiaz sanitatis fortitudinis t hmōi q̄bus luxuriosus ꝓsequit sine intentū. Ipez desperatio futuri seculi. q̄ est diffidētia venie t glorie ꝓsequēde. ¶Quarto q̄ nebula ex eo q̄ viaz occultat ē latronibꝰ amica Et sic concupiscētia luxurie ē demonibꝰ valde grata vñ Job. xl. dicit de vehemoth. p̄ quē intelligit diabolus q̄ dormit in locis humētibus. i. gestat in luxurioso. ¶Quinto q̄ nebula est iteracōnū tardatiua. Tarda q̄ nebula est iteraciones. n. ꝓcupiscētie hoies ad eternā patriam festinātes aut totaliter impediūt si cito cōsentiāt aut saltē tardiores reddūt dū eis resistit: q̄ sine peccato saltē venialiter aut nunq̄ habent quos. l. veniali peccato seruos: charitatis remittit t via retardatur. ¶Sexto q̄ nebula est radioz solariū iteceptiua t aeris obscuratiua. Sic ēt concupiscentie nebula humē gre vel rōnis intercipit t aiam tenebrosam reddit: vñ Augustinus libro confessi. dicit. Exhalabant nebule de limosa ꝓcupiscentia carnis t scatebra pubertatis t offuscabāt cor meū. Et ꝑbo dicit j Eth. Cōcupiscētia corrūpit estimationē prudētie. ¶Septimo q̄ nebula ē a calore solis passiua: vñ q̄i est fursū a sole attracta redit in nubis māmz: t tunc fundre pluuie est significatiua: q̄ si concupiscētie motus fursum ad rationē trahant t p ipaz rationē refrenentur: tūc trāseunt in materiam virtutis: t tūc non culpā generant sed potius pluuiā diuine gre in aia augmentant. Quādo vo a solis radijs nebula repercussa deorsū cadit in suā originem reddit t tunc penitus euanescit. Vñ dum

inferius reddit future serenitatis signū esse fit q̄. si concupiscentie moribus p̄ solem, rationis in ꝓncipio resistat: tunc ipsa concupiscētie caligo deorsū pulsa penitus annulatur: vñ t ꝓsa hilaria serenior reperiūr.

¶Capitulum.xvj.

Compūctiones t inspirationes sancte licz infint nobis ꝓncipaliter a deo tñ cooperante libero arbitrio. Cuius exemplum apparet in terra. Nam itinera aquarum t hyatus t vaste voragines que sunt in corpore terre: sicut in corpore nostro sunt vene q̄ sunt vasa sanguinis t arterie que sunt vasa spiritus non sunt in ipa terra ex natura eius cū q̄litate terre. Nā rigidum t siccum facit cā rotā solidā: sed sūt ibi ex calore solis t thelarū ꝓsumēte humidū terre t p cōsequēs reliquēte fissuras magnas sicut fiūt fissure magne in paludibus q̄ vehemēter arescunt: ad q̄s etiam cooperat inclusio: qui vapor q̄dē exhalare non valēs sūma violētia elevat terrā in vno loco vt addit in alio loco. Et ira fiūt specus magni t montes t receptacula aquaz marina t obscurissima t hyatꝰ igētes. Sic ēt in intimis cordis nostri sūt itinera aquaz. i. ꝓpctiones lachrymose t hyatꝰ. i. suspirationes affectuose t specus magni. i. humiliationes ꝓfunde quas tñ aia a teipa non bz: sz ex virtute t actione solis t stellaz. i. dei t sancto rū angelorū cooperāt tñ ad h̄ vapor inclusus ī. interior motꝰ liberi arbitrij vt. l. fiāt in nobis specus magni. i. ꝓfunde meditationes t mētes. i. altas ꝓ sideratōes receptacula aq̄rū. i. receptationes gratiaz vel ꝓpctiones lachrymaz t hyatꝰ igētes. i. affectuose feruētes. Ipē ꝓpctio lachrymaz assistit pluuie ꝓpr̄ q̄uos. ¶Primo q̄ pluuia calore solis diffolui: sz. n. male q̄ quāto plus ē i nube tñ māpluuie tāto sit radioz solariū fortior ipressio sup nubē ꝓpr̄ aq̄ ad calorē solis ꝓtrahitē. In tali igit nube dū calor fortificatꝰ generat nubes in pluuiam dissoluit. Ita quoq̄ in aia quāto plus ē lachrymaz tm

marum tāto diuini caloris fit fortior ipzel
sio sup eā donec tota resoluat in lachry-
mas siue cōpūctionē totaliter lachrymosaz
Vnde post acutissimum solis calorem
videm⁹ in aere sequi pluuiam vehemen-
tēq: cū cor diuino amore calescit amaris
t deuotis lachrymis igemiscit: vñ Beda
dicit q: qñ fit caloris generatio circa hu-
iusmodi nubē ex adustiōe vaporis fit nu-
bes rubea quasi sanguis ita vt sanguis ali
qñ plucre videat. Et sic aia deuota dū di
uino caloze incēdit tota in amoz rubedi-
nē trāsformat. ¶ Secōo q: pluuia ad terrā
aliqñ qdē planc: qñqz Xo ipetuose vehit.
Mā quāto nubes ex q̄ generat pluuia est
a terra remotior t celo vicinior tāto suaui
us terrā petit t guttis graciliorib⁹ ad ima
descēdit. Et quāto ecōtra ē a celo remoti
or t terre, primior tāto cū grauioribꝰ stil-
lis t magis ipetuose terrā petere cōsueuit
Et h̄ q: quāto aia est pfectior t deo ,pri-
mior: tāto secretiores t suauiores lachry-
mas emittit: quāto Xo se fuisse p peccatū
a deo remotiorē t terre p affectū ꝓiūctio-
rē aia cōspicit tāto grauiores t vberiores
lachrymas effundit. ¶ Tertio q: ex pluuia
aer serenat: t sic serenat cōscia ex ꝓpūctio
ne lachrymosa Thob.ij. Post lachryma
tiōez t fletuz exultatōez ifūdis: h exultatō,ē
ex serenatōe ꝓcic. ¶ Quarto q: ex pluuia
ira fecūdat p̄cipue ex illa q̄ cū tonitruo ca
dit eo q: tonitruū suo motu vaporē discu
tit: t sic aquā subtiliādo puriorem reddit.
Ira lachryme ipinguāt t fecūdāt aiam t
reddūt cā aptā ad fructum bonoꝝ operꝝ t
matime si sint cū tonitruo. i. cū timore di
uini iudicij: h.n.ē tonitruū qō marie aiam
cōcutit terroze sui t marie eā subtiliat ad
discussionē peccati. Job.xxvj. Quis pote
rit tonitruū magnitudinis ei⁹ intueri.

¶ Capitulum.xvij.



Onuersio peccatoris assi-
milatur quīq; ꝓuersionibus
corporꝝ que metaphorice in
scriptura traduntᵏ. ¶ Pri-
ma est cōuersio solis in tene
bras. Jobelio.ij. Sol conuertetur in tene-
bras: h̄ fit per verecūdiā t cōfusionē qua-
do hō lucēs in mūdo erubescit de pecca-
tis t cōfūdit. ꝓo. Cōfundant inimici agentes
supuacue. ¶ Secūda est lune in sanguinē
Jobel.ij. Conuertet luna in sanguinē. Et h̄
fit in peccatore p displicentiā peccati t indi
gnationē: luna.n.est peccator q̄ ē i ꝓximua
mutatiōe. Eccli.xvij. Stultꝰ vt luna muta
tur: q̄ ꝓuertit in sanguinē qñ cōuertit se
lo odij t idignatiōis ꝓtra peccata. ꝓo. Ini
quitatē odio habui t abominatꝰ sū. ¶ Ter
tia ē petre in stagna aquaꝝ: h̄ fit in boie p
dolorē peccati t ꝓpūctionē. ꝓo. Qui con-
uertit petrā in stagna aquaꝝ. i. cor durū i abū
dantiā lachrymaꝝ q̄ debēt ꝓuenire ex do-
lore t cōpūctiōe peccati. ꝓo. Eritus aqua
rū deduxerūt oculi mei: q: nō custodie-
rūt legē tuā. ¶ Quarta ē lapidis in eo: h̄
fit p cōfessionē qñ tactꝰ diuino caloze du-
ritiā suaz frangit t sonat vor confessiōis,
Job.xxviij. Lapis caloze solutꝰ in eo ꝓuer
titur. ¶ Quinta ē maris in aridā qō fit p
satisfactionē. Tūc eni amaritudo peccati
in ariditatē penalitatis t satisfactiōis cō-
uertitur. Job.vij. Cutis mea aruit t cōtra
cta ē. ¶ Jtē ꝓuersi ad dēū seruent assistant
carbonib⁹ accēsis. ¶ Primo rōne rubor
Mā carbo extinctꝰ hz nigredinē: sz dū igni
tur vertit i rubedinē. Sic peccator tanq̄
carbo extinctꝰ hz nigredinē peccati. Treñ.
iiij. Denigrata ē sup carbones facies eoꝝ
sz dū in ꝓtritiōe accēdit in ruborē peccati
totꝰ ꝓuertit. Et quāto magis de peccato
rubescit: tāto magis reuiuiscit: vel duz ad
penitētiā iflamat nigredo peccati vertitur
in rubedinē amoz diuini. Amor.n. diui-
nus dealbat t rubricat: sm illud Cāt. v.
Dilectꝰ me⁹ candidus t rubicundus. ¶ Se-
cūdo rōne vigor: hz eni vigorē in scintil
latiōe i opatiōe t ꝓseruatiōe. Jn scintilla
tiōe qdē q: carbo accēsus cū sm suā sub-
stātiā nō possit accēdere sursū ex eo q: pti
bus grossioribꝰ t terrestribus admixtꝰ vio
lēter i inferioribꝰ detinet: ñ crepitādo t scin
tillādo conat tēdere sursū. Sic ꝓuersus ad

deum feruēter q: corpore detentus nō po
test ire ad dēū: n crepitando. i. vehemen-
ter dolēdo t gemendo scintillas feruētiuz
desideriozꝝ vel orationū vel lachrymaruz
ad dēū mittit. Eze.j. Et scintille q̄si aspe-
ctus eoꝝ cādētis t ibidē apparens eoꝝ q̄si
carbonū ignis ardētiū. ¶ Jtē būt carbo-
nes virtutē in opando. q: carbo incēsus
acutissimū hz ignē t valde actiuū t pene-
trariuū: ita q: remollit ipm ferrū: sic etiam
durissimū cor peccatoris qñqz emollit vi-
so crēplo alicui⁹ feruēter penitētis. Eccli.
xxvj. Ignē ꝓbat ferꝝ duꝝ. ¶ Jtē hz vigorē
in cōseruādo. Dicit.n. Augustinus h̄ esse
imitādū in carbone q: est tāte fortitudinis
vt si go cū in aqua ponat. s. extinctū om-
ni rēpore in ea ipumribilis pseueret. Sic i
aqua lachrymaꝝ vt tribulationū nutritur
vira penitētie. ac preseruat a peccati putre
dine. Sapientie.xvi. in aq̄ q̄ oia extinguit
plus ignis valebit. ¶ Tertio rōne fractio
nis vel extinctiōis: q: deficiēte hūiditatis
glutino quo pres sibi inuicē coherēt facili
ter frangit t adhuc facilius extinguit nisi
hū custodiat. Et sic penitēs pdito glutino
charitatis facile a tēptationib⁹ frāgit: facili
ēt in eo ipūs feruor extinguit nisi in tumo-
re dñi iugiter teneat sz illud Eccli. xxvij.
Si nō in timore dñi tenueris te istāter ci
to subuertet dom⁹ tua. dicit.n. Ore. q: car
bo cinere involutꝰ ignē acceptū custodit: sed
detectus t aeris frigiditati expositꝰ subito
euanescit. ¶ Sic sub cinere hūilitatis vt me
moria mortis q̄ timorē iducit cōseruat gra
penitētie fine q̄ si frigꝰ malicie vel accidie
ipm inuadit statim extinguit t perit. Et
ideo dicitur Job.xlij. Ago penitētiam in
fauilla t cinere.

¶ Capitulum.xviij.

Orpus humanū assimilat ne
bule ꝓpter tria. Primo q: ne
bula a terra elcuat. Mich.v.
Eleuāo nebulas ab extremi-
tatibus terre t sic corpus hu-
manū de terra sūptū ē. Secūdo. Fecit de⁹
hominē de limo terre. i. quātū ad corpus
vnde t finaliter in terrā resoluit. ¶ Secū
do q: nebula cito dissipat t sic vita corpis
humani cito finit. Sapientie.ij. Trāsit vita
nostra tanq̄ vestigiū pedis: et sicut nebula
dissolui. q̄ fugata est a radijs solis t a ca
lore illi⁹ aggrauata. ¶ Tertio quia nebula
turbinibus agitat: et sic humanū corpus pas
sionibus ingeratur ij. Petri.ij. Vt sūt ne
bule criminib⁹ agitate. ¶ Jtē corpus hūa-
ne infelicitas repleat in puluere. Pri-
mo rōne varietatis. Mā pulus a vento
cutit. mouet. leuat. t dispergit. Sic vigor
hūani corpis mō vēto aduersitatis quatit
mō vēto tentatiōis mouet. mō vēto ꝓspe
ritatis erigit. mō vēto mortis dissipat. ꝓo.
Fiat tanq̄ pulus aū faciē tē. ¶ Secūdo
rōne obscuritatis q: pulus sepe acrē ob-
tenebrat: solem obnubilat t oculos sauci-
at. Jta corpis ꝓcupiscentia aerem. i. sensua
litatem obtenebrat: solem. i. rōnem obnu
bilat t oculos mētis. s. intellectū t volūta
tem sauciat. s. per imundas cogitationes t
per imūdas affectiones. Exo.ix. Sit pul-
uis super omnē terrā egipti. Egyptus eni
interpretat tenebrosa. ¶ Tertio rōne fe-
ditatis q: ex ꝓiunctiōe pulueris t humor
gnāt lutū imundū ita dū corpi nō iungit
bū: nutrimētat gignit lutū imūdū luxu
ric. Job.vij. Induta ē caro mea putredie
t sordib⁹ puluer: cutis mea aruit. Hoc pu
uere pascit serpēs ifernalis. Ysa.lxv. Ser-
penti puluis panis eius.

¶ Capitulum.xix.



Opidi de terrenis similes
sunt vallibus. ¶ Primo q:
valles q̄qz sunt sordidissime
ad valles cōfluūt sordes t
ibi diutius cōseruant. Ita
in cupidis sunt sordes otis malicie t pecca
LAchrymarum compunctio assimilatur aque ,propter septem. ¶Primo quidem qz aqua est sordiuz lauatiua.Nam videmus ꝙ ea que sordidantur p lotionem aque mundantur .vnde pānus lineus videtur eē sordidus dum est a tela succisus aquis sepe lotus efficitur valde albus.Oues etiam anteq̄ tondeant prius in aqua lauant . Ita aqua lachrymaꝝ est omniū peccatoꝝ abstersiua :mūdificatiua ⁊ dealbatiua.Job.ix.Si lotus fuero ago niuis ⁊ fulserint velut mundissime manus mee.Nam quasi aq̄ fluentes ex resolutione niuiū sūt aque fluentes ex recordatione peccatoꝝ ⁊ be sūt maxime ablutiue.Et hanc aquarum virtutem cognoscunt esse animalia.⁊ hmōi lotionis manifesta nobis prebent exempla.Naz leena dū adulterium cōmittit cū pardo tanq̄ maleficere virumq̄ offenderit ad ipſum nullatenus redit nisi prius lota fuerit aquis. Similiter ciconia dum cū alio masculo concubit nisi prius se lauerit ad comparē nō redit.Cygnus alba est auis nō solū adulteriū refugit.sed etsi cū coniuge coierit tāq̄ rem turpem ⁊ fetidam fecerit nisi prius se lauerit nunq̄ alium fumit. Et tamen multi miseri multis adulteriis ⁊ fœleribus sedant sine lotione penitentie ad corp⁹ xpi accedere non verentur.Elephas cū multo rubore ad vxorē accedit latebras querit.videri refugit tanq̄ turpe et detestandum quid fecerit.nisi prius se aquis lauerit ad socios nūq̄ redit. Et habent elephantes hoc proprium ꝙ semper in luna noua turmatim ad aquas accedūt ⁊ ab omnibus sordib⁹ in aq̄ se abluūt.⁊ filios quos ante se ire faciunt semper similia facere istruūt. Sed multi miseri relicta aqua mōda penitentie ad modū porcorum querūt aquam lutosam luxurie Ezech.xvj. Non est precisus vmbilicus nus ⁊ aqua non es lota in salutem. ¶Secūdo qz aqua est vificatiua. Vnde arbores que videntur i hyeme mortue ex defectu hūiditatis aq̄e ascendente humore iterū fiunt viue . Ita anima in peccatis mortua viuificat penitentie lachryma. Et sicut ēt piscis absq̄ aqua non viuit sed remotus ab aquis mo rit ⁊ putrescit. Ita etiam peccator sine lachrymis viuere spiritualiter nequit. Isa.l. Computrescant pisces sine aqua.s. penitē tes sine lachryma ⁊ morientur in sitī. Naz ⁊ piscis quidam qui allec dr ex sola aqua viuere perhibetur.sicut talpa ex terra .camelon ex aere.⁊ salamādra ex igne viuere referunt : ꝙꝝ sapientiores dicant ꝙ nullum animal nutriat vel viuat ex puro aliquo elemento. Dicit enim esse vnuz genus plante qđ q̄tūcūq̄ aridū fuerit in aq̄ missum ,primo reuiuiscit. Vnde etiā alia

mortua si in lachrymatū aquis fuerit balneata ex mortua fit viua. Et quedam aue cule que miro modo ex quibusdam arboribus generantur & loco fructuū in eis nascuntur q̄busdā tamen ad arborem suspendūtur nunq̄ viuificantur. Sed quando ruptis tenaculis in aquam cadunt aiam cum vita recipiunt. Et est notandū q̄ hec auicule modicum valde habent de carne & minus de sanguine. quare ad esum non sunt apte. Ex quo est arbor ꝓducens hos aues nisi mundus producens homines. & quid est non viuificari in arbore sed i aq̄: Nisi q̄ non spūaliter viuimus q̄diu mūdo vel peccato inheremus. Sed dū a mūdo recedimus & aquas deuotionis attingimus tunc deo viuere incipimus. Tales enim qui mūdo adherent sunt carne nulli & sanguine pleni. Sed qui aquis penitentialibus sunt attriti sunt carne & sanguine quasi nulli. q̄ non sequūtur q̄ carnis sunt sed que dei Apostolus. j. Corint. xv. Caro & sanguis regnū dei non possidebūt. ¶ Tertio q̄ aqua est impinguatiua & fecundatiua dixerunt enim phi. q̄ si terra fuerit nimium indurata. nec aquis balneata semen non recipit. & receptum non permittit erumpere & germinare. sed vomere sepe confracta semina nutrit. & per aquam pluuie remollita quādam in se pinguedinem colligit quā recepta & in se decoctam radicibus ad productionem seminis fudit. Sic per omnia corda dura nulli sunt fructui apta. sed vomere penitentie cōmollita & persusa deuotionis aqua fiūt pinguia & fructifera. propter quod est quidam lapis preciosus qui dicitur enidros qui ad nostrum exemplum de se perpetua stillat guttas. Videmus etiam q̄ nulla est terra adeo bona de se cui subtrahitur aqua nisi fiat infecunda & vane nec alicui vsui apta. quin potius resoluta in pulueren vertitur. Et econtra terra conuenientibus temporibus recipiens in se aq̄s fit mollis arabilis ad serendū apta & valde secunda. Hoc patet in terra egypti. q̄ non irrigatur pluuia. sol crescente mīi fluuio aqua terram irrigat. & crescente riparum suarum flumine irrigat vniuersā siq̄ ibi sterilitas magna & rerum penuria. quando et aliqua causa non ascendit ipsa aqua. Tempore etiam Helie quādo non fuerunt pluuie pericerunt pene omnia. Sed cum oraret vt descenderet aqua rediit rerū abundantia. Duc & est arbor tam fertilis & amata que non ꝓtinus sterilescat & ex virida sicca fiat si humor aqueus ei deficiat. Ita etiam sine lachrymarum irrigatiōe nullus esse potest fructus penitentie Job. xij. Si contenuerit aquas omnia siccabuntur. ¶ Quarto q̄ aquā est lassorum confortatiua. Nam & oues & omnia animalia. duz calore estuant in estate. si aquā coacte vel sponte trā seunt mox se excutiunt. & resumptis viribus auidius cibum sumunt. & fortiora ad opera redeunt. Cerui etiam quantūcunq̄ lassi a canibus fatigati si possunt aquas intrare & flumina transnatare mox pristinas vires sumunt. & spretis canib⁹ siluas petunt. Ita etiam lachryme mirabili modo lassos & laborantes confortant & vires perditas repant. Vnde anima quantumcunq̄ demissa vel debilitata miro modo confortatur his aquis balneata. ¶ Quinto q̄ aqua est durorum emolitiua. Nam panis bis coctus qui est natura durissimus in aq̄ positus mollis efficitur. Ita lachryma compuncti deuote orantis dei seueritatem emollit & ad parcendum & miserandum flectit Joē. v. Mouebatur aqua & sanabatur vnus. ¶ Sexto q̄ ē sitis sedatiua Nam sitis est appetitus frigidi & humidi. vnde cum aqua de natura sua frigida sit & humida recte sitis est extinctiua. Ita lachryme penitentie extinguūt ardorem culpe Eccli. xlij. Ignem ardentem extinguit aq̄ i. ardorem culpe compunctionis lachryma. ¶ Septimo q̄ aqua est castrorū fortificatiua: Nam babylonia fortissima dicitur fuisse. non tm̄ q̄ murus altissimus & fortissimus sed q̄ insuper vndiq̄ fluuijs

vallarat̄. Nullus enim locus potest esse fortis vbi aqua deficit sicut patet de Bethulia in Judith. Ita lachryme penitentium mirabiliter ꝓsiguūt contra impetus tentationū & persecutionū. Exo. xiiij. Erat aqua quasi mur⁹ a dextra eorum & leua. In tali enim aqua egyptij. i. hostes persequentes sumerguūt. & capita draconū. i. demonum tentantiū vires confringunt. ꝑo. Tu contribulasti capita draconum in aquis. Item lachrymaꝝ compūctio assimilatur pluuie propter quinq̄. ¶ Primo quidem q̄ pluuia calore solis dissoluitur. Est enim naturale q̄ ex hoc in nube plus ē de materia pluuie tanto fit radior solarium fortior impressio super nubem ꝓpter aque ad solem contrarietatem. In tali igitur nube dum calor fortissimus generatur nubes in pluuiam forte dissoluit. Ita ergo similiter in anima ex hoc plus est de lachrymaꝝ materia tanto diuini caloris fit fortior impssio super eam. donec tota resoluat in lachrymas sine compunctionez totaliter lachrymosam. Judit. v. Nubes stillauerūt aquas. i. penitentes lachrymas vnde post acutissimū solis calorem videmus seq̄ in aere pluuiā vehementē. q̄ dū cor diuino amore calescit amaris & deuotis lachrymis ingemiscit. vnde Beda. dicit q̄ qñ fit calor exaggeratio circa hmōi nubē ex adustiōe vaporis fit nubes rubea quasi sanguis ita vt sāguis pluere videat Et sic anima deuota dū diuino calore succendit tota in amoris rubedinez transformat. ¶ Quinto q̄ pluuia terre aliqñ quidem plane. aliqñdo ꝝo impetuose infundit. Nam ex hoc nubes ex qua generat pluuia est a terra remotior & celo vicinior tanto suam⁹ terram petit. & guttis gracilioribus ad ima descendit. & ex hoc econtra ē a celo remotior & terre ꝓximior. tanto cū grauioribus stillis & magis impetuosis terrā petere consuevit. Et hoc est q̄ ex hoc aia est ꝑfectior & deo ꝓximior. tanto suauiores & secretiores lachrymas emittit. Quanto ꝝo fuisse per peccatum a deo se remotiorem & terre per affectum coniunctiorez anima respicit. tanto grauiores & vberiores lachrymas effundit. ¶ Tertio q̄ ex pluuia aer serenatur. Ita serenat conscientia ex compunctione lachrymosa. Thob. iij. Post tē pestatem tranquillum facit. & post lachrymationem & fletum exultationem infundit. Hec enim exultatio est ex serenatione conscientie. ¶ Quarto q̄ ex pluuia terra impinguatur. precipue ex illa que cum tonitruo cadit. eo q̄ tonitruum suo motu vaporem discutit. & sic aquam subtiliando puriorem reddit. Ita lachryme impinguāt & fecundant animam & reddunt eam aptā ad fructus bonorum operum. & maxime si fiant cum tonitruo. i. cum timore diuini iudicij. Hoc enim est tonitruum quod animam maxime concutit terrore suo. & maxime eam subtiliat ad discussionem peccati. Vnde ꝺ est tonitruū in quo fiunt fulgura. i. considerationes minantes & terrētes ex quibus sequunt pluuie. i. lachryme animā fecūdantes. ꝑo. Fulgura in pluuiam fecit. ¶ Quinto q̄ ex pluuia ventus quietatur. Solet enim dici q̄ ad quam pluuiā accidit magnus ventus. Et ita modica lachryma magnam tentationem extinguit. Nāmam enim suggestionū cito extinguit vnda lachrymaꝝ. ¶ Item compūctio lachrymaꝝ assimilat mari rubro. qō aliqñ habuit magnā abundantiā aquaꝝ. & aliquādo habuit aquā nō multā sed paucā. Vñ primo ꝓpter aquaꝝ abūdantiā vocatū ē mare viride. Inuenit. n. q̄ aliqñ tota egyptus fuit copta mari. & ꝓpter hoc cooperiretur bēbat aliud nomē q̄ nūc. Tūc ergo illud mare viride vocabat. sed ꝓpter resistētiaz resistēti calori solis adurēti. sicut folia plātaꝝ sūt viridia q̄dm ex humiditate resistūt calori. ¶ Postmodū aūt ꝓpter paucitatē diminute vocatū ē mare rubrū q̄ propter paucitatē aque aduri fundus eius. & arena fit rubea. vñ mō forte ꝓp paucitatē aq̄ pūt fieri fossata i mari i q⁹ ēet nauigatio tutior q̄ volūt qdā figere facē. fz geometrice ꝓbatū ē eis q̄ ibi erat i tm̄ altior ꝛa

q̄ oia fluia fuissent facta falsa,ppter mare quod omnia flumina vicillet. Sicut ergo illud mare aliquando habuit abundantiā aquarum aliquādo paucitatē. Ita quoq; sancti viri aliquando habent copiam aliquando penuriam lachrymarum propter quod debent dari lachrymę ad mensurā sm illud p̄o. Donum dabis nobis in lachrymis in mensura. Item lachrymę ferūde compunctionis prouenīūt ex intimo cordis desiderio patrie celestis. Cui⁹ exēplum apparet in elevatione aque ad ostia fluminum t fontium: q; vapor ex motu t calore corporum celestium generatur: t in terra inclusus non valens exalare calet t sua caliditate attrahit aquas ad concauitates terre. t ibi retentus aperit terrā actione sua t elevat aquam. Et ideo aqua scaturit saltando t bulliendo sicut olla, sicut patet in ostijs fluminum vel fontium. t exiret actu calida nisi frigus expulsum a calido interiori ad crustam terre exteriorem infrigidaret eam statim. Ita desiderium vel affectus generatus in cordibus sanctorum ex amore t contemplatione celestium dum fortiter interius incalescit aquas lachrymarum ad concauitates oculorum attrahit t velut olla bulliens eas exterius effundit. vnde .ps. dicit. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum quā do veniam t apparebo ante faciē dei mei t̄. ¶Item lachrymarum compunctio purificat t fortificat t clarificat cor nostrum. Cuius est exemplum quādo in fundo fluminum inuenitur gallum album. q; ibi terra vincit aquam in cōmixtione. t illuc lapis leuiter fit calx. t induratur fortiter p̄ter suaue adustionem. t de se emittit splēdorem quasi cristallus eo q; in eo miscetur terrestre cum aqua ergo in aqua fluminum inuenitur gallum album durum t lucidum. Quia in aqua lachrymarum cor penitentis efficitur album. i. mundum ad operandum, durum ad tolerandum. t lucidum t contemplandum. Sed notandum q; compunctionis lachrymas equaliter sancti viri non habent. sed aliquando quidem habent, aliquando no carent quibusdam fontibus fluminis qui quandoq; aqua sunt pleni quandoq; totaliter vacui sicut narrat Seneca in libro de naturalibus questionibus. q; sunt quidam fontes alicubi qui sepe bonis sunt pleni t seuo boris vacui. Cuius causa est propositio vasis aquas elevantis t ipsius aque que elevatur. q; si vapor qui elevat fuerit fortior vincens aquas, tunc cito elevat aquas iam congregatam. Sed ad hoc vt iterum eleuet oportz intercidere tempus aliquod quo aqua iterum congregetur. t sic interrumpitur fluxus. Si autez vapor elevans fuerit debilior elevabit aliquam partē aq̄ sue virtuti proportionatam. t tunc deficiet donec ipse vapor reperietur t cōfortet ex radijs celestium corporum. Similiter sm quantitatem interioris affectionis t sm abundantiam lachrymabilis humoris ē vel non est in homine fletus corporalis, Dicit. ir. Quis dabit capiti meo aquam t oculis meis fontem lachrymaruz.

¶Capitulum.xliij.



Stultus homo similis ē campo. Est enim campus planus t incultus. nec vomere sulcatus: nec fimo impinguatus. sed deambulationi t lusibus iuuenū ciuitatum habitacula deputatus. Sic quoq; lasciuus homo vomere penitentie non sulcat. Deute. xxj. Tollent vitulam de armento q̄ non traxit iugum nec terram scindit vomere t ducēt eam ad vallem asperam atq; saltosam q̄ nunq̄ arata ē nec sementem recepit. t cedent in ea cerulices vitule. Hec vitula est anima vana t lasciua quā nec jugum obedientie domat nec aratrum penitentie fatigat. Hāc ergo finaliter demones de armento trahunt t ad asperam t saltosam vallem ducunt quando eam de corpore vel mundo educentes ad penam eternaz deferunt. que dicitur vallis rōne profunditatis: aspera ratione acerbitatis t saltosa rōne eternitatis: q; saltus valde durabilia sunt. t ideo ibi cum cerulices, i, lascine cerulicositates penitus deponunt. Item lascinus hō ad modum cāpi fimo. i. recognitionē, ppter vilitatis non respergit t ideo ad fructū penitētie nō impinguat. Sz ecō trā hō prudens dicit de cōscientia sua sm illud Luce. xiij. Fodiā circā illā t mittam stercora. Ille terram cōscientie fodit q̄ eam discutiendo reuoluit: sz ille stercora mittit qui suoz peccatoz vilitatem attendit t recognoscit t p̄ hoc aia diuine misericordie susceptiōe ipinguat t ad fructū penitētie disponitur t adaptat. Item lascinus hō velut cāpus discursibus circa publica loca iugiter imorat. Vnde de muliere lasciua dicitur Prouerb. vij. Garrula t vaga genis irrupatiēs nec vallēo in domo cōsistere pedibus suis nūc foris: nūc in plateis t̄.

¶Capitulum.xlv.



Lingua maledica est cā diuisiōis amicitie sicut terremotus est cā subuersiōis terre: sepeeni fit terremot⁹ p̄ diuisionem terre a terra sicut narrat Seneca de nālibus gōnibus q; sicilia q̄siq; adhesit apulie t p̄ terremotū diuisa est t mare fluxit in mediū. Simili mō hispania adhesit africe. Ita lingua maledica cōmouet corda t inducit inter amicos t cōiunctos aliquādo discordiā t ponit inter eos mare. i. amaritudinē rancoris t odij. Vnde h̄ est vnū de septē q̄ de⁹ plus detestari dicit Prouer. vj. Virū q; seminat inter fratres discordias. Talis ēt est lingua tertia de qua Eccli. xxviij. Lingua tertia multos cōmouit t dispersit illos de gēte in gētē t̄. Sed cōtra lingua dulcis t mollis frāgit irā t duritiā cordis fit aer q̄uis sit mollis t tenuis: tñ i tonitruo scindit ligna t lapides t multo magis hoc facit vapor q; est grossior aere. Hoc aūt nō est a fortitudine corporis t motus. Sicut ergo mollis aer vel vapor scindit lignum t frangit petrā ita mollis t dulcis risio silingua placat t frangit irā. Sermo durus suscitat furorē. Eccli. xxv. Lingua mollis cōfrigit duriciam.

¶Capitulum.xlvj.



Data diuersa adaptāt homines ad diuersas operationes. Cuius exēplum vel similitudo apparet i planetis ex quoz cōiunctione sequūtur diuersi effectus sm diuersitatē locoz. i. signoz in gibus cōiungūtur: verbi gra si planeta cōiuncti fuerint in signis aquaticis. i. in scorpione cācro vel pisce in reuolutiōe anni sequit multitudo pluuiaz. Si vo fuerint cōiuncti in signis ignicis. i. arietis leone vel sagittario signat subtilitatē t igneū excessū caloris t siccitatis. Si aūt in signis aereis. i. geminis libra vel aquario signat multitudinē ventoz: sz si i frigidis siue terreis signis. i. tauro virgine t capricorno signat granitatē frigoris t temperamentuz caloris. Ita quantū ad spūalia opa videmus q; ēt loca multū adaptāt homines t q̄dāmodo disponunt ad illa sicut solitudo ad cōtēplandū ecclesia ad orādū. cella ad studēdū t̄. Possemus ēt moraliter dicere q; in signis aquaticis cōueniūt incipiētes. i. penitēteo q; viuūt in aquis lachrymaruz. Et hec lachrymaz cōpunctio vocē in scorpione q; cauda pūgit. i. in cōsideratiōe mortis vl supplicij i quibus est cauda. i. finis peccati q; stipēdiū peccati est mors. Ro. vj. Vel in cācro q; retrogradi. i. in cōsideratione vite pterite vel in pisce. i. in angustia imminētis tribulationis: q; pisces mouentur in aqua: p̄ aquā intelligit tribulatio. Vñ oēs hi, pducūt abundāteā lachrymarum. In signis vo aereis cōueniūt phicientes quoz, pfectus est in gemios. in geminata dilectiōe dei t̄, proxi t̄ in gemina vita. i. actiua t cōtemplatiua vel in gemino studio. i. scie t̄ virtutis. Item in libra. i. in pōdere iusticie vel in pōdere lingue. de quo Eccli. xxj. Verba sapiētis statera pōderabunt. Item in aq̄rio. i. in lachrymis

note de diuersitate

deuotionis vel doctrina sapiētie, de quo Eccli.xv. Aq̄ sapientie saluabit eū potauit eū. ¶Ite tū sic pficietes patiunt tēpestatē vē to3.i.persecutionem demonū: qui quāto boiem magis pficere cōspiciūt tāto fortius ⁊ ifz insurgūt. ¶In signis Vo ignis cōueniunt plecti in charitate feruētes. De quo numero fuit helias. Eccli.xlviij. Surrexit helias quasi ignis. Vū quidā talium sunt in ariete q̄ est dux gregis. i.in statu plationis. sicut Petrus apl̄s. Quidā Vo in leone.i.in vigore vel actu maxime fortitudinis. i.in martirio ꝓ defensione fidei, siue veritatis sicut fuit Johes Baptista qui fuit lucerna ardēs ⁊ lucēs. Jo.v. Quidā Vo in sagittario.i.in officio p̄dicationis. Nā predicatores ex arcu scripture emittūt sagittas acutas verboꝝ penetrantium corda auditoꝝ. Omnes ēt isti debēt esse subtiles in cōtēplatione ⁊ ignei in dilectione ⁊ ficti per abstinētiā in carnis afflictione. ¶In signis aūt frigidis ⁊ terrestribus sunt deficientes.i.peccatores terreni p auariciā ⁊ frigidi p malitiā: ⁊ isti vel sunt in tauro q̄ terrā vertit ⁊ arat.i.in cupiditate auaricie: vel in virgine.i.in sterilitate luxurie: vbi luxuria designat in virgine non ratione incorruptibilitatis ſz rōne sterilitatis. Nā dū sol est in signo virginis terra efficitur sterilis: q̄ tūc fructus nō pducit. Sic dū luxuria viget in carne fit spūalium fructuū.i.operū sterilitas in homine. q̄ sicut dicit Job de luxuria ignis ē vsq̄ ad cōsumptionē deuorās ⁊ oia eradicans genimia Job.xxxj. Vt sunt peccatores in capricorno.i.in alticēsu superbie. Et oēs isti habēt grauitatē frigoris.i.excessū inigratis ⁊ carētiam caloris.i.defectum charitatis. Math.xxiij. Eō abundauit iniquitas re frigescet charitas multorum.

¶Capitulum.xlvij.

Vxuria assimilatur igni. Naz ignis ferrū durum ⁊ frigidum immutat ⁊ quasi ignem efficit. Sic mētes ferreas libido domat. Hiero. Flāmigero igne pcutit multi er cōscientiā. ¶Item ex duobus lapidibus si inuicem colliduntur erit ignis. Et qd mirum si ex cōtactu ipudico viri ⁊ mulieris erit ignis cōcupiscētie ⁊ luxurie. ¶Item si murus nō cōburat a cādelis appositis nō denigrat. Hiero. Si cū viris femine habitant viscerū diaboli nō deerit. ¶Item nix licz frigida tū iuxta ignē liquescit. Sic virginitas familiaritate ⁊ collogio mulierū deperit. ¶Item luxuria assimilat fauce. Primo ꝓpter principiū: fouea enī a fodiēdo est dicta eo q̄ fit in terra fodienti um manu, pfundata: sic vicium luxurie est ꝓfūdatū ⁊ radicatū in terra.i.i carne būana: ⁊ ꝓcipue ex corrupto ⁊ pessimo ingenio boiuz adiuuentiū diuersos modos delecta tōis ⁊ corruptōis hmōi vicij. ō gb⁹ i.ꝓ.dr. Jbūt in adinuētionibus suis. Ꝑro. xxiij. Fouea ꝓfūda est meretrix: ¶Secūdo ꝓpter augmentū q̄ in fodiēdo quāto plus terra in sua superficie cumulatim erigit tāto amplius interius ꝓfundat sic luxuriosus quāto magis vsū ⁊ intentionē dirigit ⁊ erigit ad superficiē terre.i.ad pellē ⁊ pulcritudinē carnis tāto magis interi⁹ in appetitu ꝓfūdat ⁊ crescit ardor libidinis: ⁊ iō Job dicebat. Pepigi fedus cū oculis meis vt nec cogitarē qdē de virgie. Job.xxxj. Patet aūt qō dictū est in holoserne ⁊ dauid. ¶Tertio ꝓpter periculū q̄ quāto fouea fit ꝓfūdior tāto eius trāsitus est periculosior: ⁊ iō a ꝓncipio est repellēda. Vñ Jsido. dic. Calca serpētis caput. Calca prauc cogitatiōis iniciū. Sanctē fiat fouea ꝓfūda vsq̄ ad cōsensū. Micre. xviij. Fodert foueam aie mee. ¶Quarto quārū ad crimē. Nā sicut Greg. dic. Foueā hō cadēdo facile ingredit: ſz post casū ī facile egredit. Et licz sic sit de omni peccato tū specialiter sic est de ipo peccato luxurie tū ꝓpter corruptionē fomitis ⁊ cōcupiscētie carnis quā hō fert secum semper: tū propter fomentoꝝ ꝓparationē: q̄ tota die cōcurrūt oculis luxurie foueta: sicut aspect⁹ mulierū ⁊ collogū ⁊ repletio vētris ⁊ hmōi.

¶Capitulum.xlviij.

Maria mr̄ dñi assimilat soli. Primo q̄ sol bz nobilitatē in ortu. Dic.n.er alto ⁊ cū splēdore multo. Sic beatissima Virgo maria orta ē et alta ꝓ genie q̄. Ser regali stirpe ⁊ nata cū sciatis splēdore. Nō.n.nata ē ifecta originali pcō sicē alij cōiter nascūtur. Dic ē q̄ ecclia festat de eius natiuitate. Eccli.xxvij. Sic sol oriēs mūdo i altissimis dei sic mulieris bone spēs ⁊c. Secūdo q̄ sol bz sublimitatē i situ. Quia vz sol ē posit⁹ i medio planetaꝝ būs treo supi se ⁊ treo infra se. Sic btā maria exaltata ⁊ sublimata ē i gria i sua assūptiōe. sc. supi se hēat treos plonas diuinas infra se siue sb se treo āgeloꝝ hierarchias ⁊ p ꝑsōs totā ecclīā boiuz beatoꝝ: q̄ boies i celo si facīēt ordinē p se vt dic Aug. ſz ad sumēdi sūt ad ordines āgeloꝝ. ꝓ. Thron⁹ ei⁹ sicē sol i ꝓspcu meo. Tertio q̄ sol bz velocitatē i motu: vñ ⁊ sat̄ cito pficit suū circulū q tū ē valde magn⁹ ꝓtinue.n. sol movet velociꝰ q̄z sagitta ſz i aspcu nr̄o q̄si non moueri videat. Ꝑrenimia.n. claritat̄ itēsiōe sicē ⁊ ei⁹ quātitas sic ⁊ ei⁹ velocitas sb terfugit visū nr̄z. Silr btā Virgo maria velocitatē būit i motu obedictie. q̄ dine voluntati ꝓ āgelū sibi exposite cito ꝓsensit dicēs. Ecce ācilla dñi ⁊c. Ite i motu benivolētie q̄ stati ascēdit i mōtana cū festinatōe ⁊ salutauit elisabet. Jn q̄ ōdit crēplū ꝓsce dēdi ad supiora ꝓ ꝓsam Virtutū sine negligētie tarditate. Ite i motu pīie q̄ dolenti ⁊ solicite filiū suū reqsiuit quē ex aliq̄ forte sui negligētia se pdidisse timuit. Lu.j. Ecce pr̄ tu⁹ ⁊ ego dolētes q̄rebam⁹ te. Quarto q̄ sol bz pulchritudinē i aspcu ⁊ ꝓpr̄ b ē oculi valde delectabil advidēdū ſz filiō Eccli.xj. Delectabile ē oculi vidē solē. Nā sol sicut dic Ambrosi⁹ i heramerō ē oculi⁹ mūdi iocūditas diei pulchritudo celi mēsura tpm Virt⁹ ⁊ vigor oiuz nascētiū: dño placēta rū: decor ⁊ pfectō oiuz stellaꝝ. Et iō i fabula cū pēnati⁹ vestigijs sol depingit ⁊ facie puerili. ꝓpr̄ qō ēt pheb⁹.i.pulcer dict⁹ ē: sic ⁊ btā Virgo maria plēa pulchritudine fuit: vñ Cāti.iiij. Tota pulcra es amica mea ⁊ macula nō ē i te. Et dic tota. sic⁹ ⁊ ē ad differētiā hypocritaꝝ q̄ bīa solā ē i apparētia pulchritudinē sciat: ſz ipa pulcra fuit tus ꝓ puritatē ēt ꝓ virginitatē. Et iō ēt ſ gnificat per arcā q̄ it⁹ ⁊ ē erat deaurata. ¶Quito q̄ sol bz efficaciā i effectu. bz.n. Virtutem calefactiuam ⁊ inflammatiuam. Nam ex motu radioꝝ ⁊ eoꝝ ꝓfractōe ⁊ multiplicatiōe calor ghat i obiecti corpis superficie. ⁊ marie si corp⁹ obiectū fuerit speculare sicē dr̄ i ꝓspectiua: ignis si circa speculū ꝓcauū stuppa ponat a calore ignito i cēdit. Sic quoq̄ beata Virgo mētes purat ⁊ sibi deuotas q̄ fuerūt specula mūda inflāmat ad dei dilectiōē: vñ ipa dicit mr̄ pulcre dilectiōis. Eccli.xxiiij. Et ſ ē inflāmatō amoris q̄ arescit senū ꝓcupiscētie carnal Ja.j. Exort⁹ ē sol cū ardore ⁊ arescit senū Jte sol bz Virtutē secūdatiuā. Dia.n.ſ ipsa riora fecūdat ⁊ gratiuā eoꝝ potētiā excitat adiuuat ⁊ ꝓfortat: vñ videm⁹ ad sensū q̄ nihil fructificat neq̄ crescit: vbi solaris radi⁹ nō attingit. Illud aūt qō facit aiaz bonis opib⁹ fecūdā ē timor dei: vñ dr̄ Eccli. xv. Qui timet deū faciet bona. Sz btā Virgo maria ēt dr̄ ē inf timor⁹ Eccli.xxi. Qz ſ. sibi deuotos ad deū timēdū iducit ⁊ eis suis meritis donū timoris acquirit et q̄ eos i bonis opib⁹ fecūdos efficit: ſz oz cā ꝓuenire ꝓ deuotionē si qs vult ipetrare siue gre bñdictionē. Sapic.xvj. Opz ꝓuenire solē ad bñdictionē tuā ⁊ ad ortū luc⁹ te adorare. ¶Jte sol bz virtutē discretiuam q̄ p eius lucem omnia detegentem nunc colores omnes discernimus: ⁊ nigrū de albo distinguimus. Silr ipa est que mētib⁹ sibi deuotis acquirit lumen discretiōis ⁊ verā cognitionē vicioꝝ atq̄ virtutū: vnde dicitur mater agnitionis. Hoc lumine carent illi miseri q̄ reuerētiā ñ bīt ad cā sed potius ꝓtra eā infelices suas linguas relaxant blasphemantes: qui vere possūt dicere. Sapic.v. Justicie lumē nō luxit nobis ⁊ sol iusticie non est ortus nobis. Et illud Eccles.vj. Non vidit solem nec co-

gnouit distãtiã boni ⁊ mali Ite sol habet virtutẽ fortificatiuã. Vñ videmus q̃ i ei⁹ ascensu sup nim orizontẽ virtutes aialiũ roborãt ⁊ fortiores efficiunt ⁊ vsq; ad die mediã augmẽtãtur: ⁊ qñ sol tẽdit ad occasum debilitant: ⁊ iõ in somnũ aialia resoluuntur. Vñ ẽt flores in ortu solis aperiũtur q̃ i occasu claudũtur. Ita beata virgo maria sibi devotos confortat ⁊ roborat dũ eis subueniẽdo ad spẽ ⁊ fiduciã sui mẽtes coz sublevat. Vñ ipa dicit ẽ mater spei sancte. Eccli.xxiiij. ℣ Propter oẽs ergo dictas ꝓprietates dicitur ẽ electa vt sol. Cant.vi. Et mulier amicta sole. Apoca. xij. ¶ Itẽ beata virgo Maria assimilatur lune ꝓpter. vij. Nã luna sm basiliũ in suo libro beramcrõ ẽ decor noctis mr roris: ministra humoris: dñatrix maris: mẽsura tẽporis emulatrix solis imutatrix aeris. Que oia benc cõpetũt sanctissime matri christi ¶ Primo ergo luna est decor noctis: non solũ q̃ nocte illuminat: sed ẽt q̃ in nocte decor ipsi⁹ apparet: ꝑcipue tunc cũ est plena. Ita beata virgo Maria in nocte .i. in obscuritate pũtis vite eristẽs. fuit plena luce siue luce gre divine: sicut angelus dixit Ave gra plena tẽ. sine luce divine pũtis: ꝓpter qõ subdidit dñs tecũ. dñs. .i. pater te despõsans: dñs filius te ipregnãs dñs spiritus sanctus te sanctificãs. Vñ ipa fuit totius trinitatis nubile tricliniũ: siue luce virginalis mũdicie: q̃ candor ẽ lucis eterne ⁊ speculũ sine macula vt dicit Sapiẽ. vij. ℣ Propter quã lucem addidit angelus. Benedicta tu in mulieribus. Si qdẽ ante eaz mulieres in virginitate permanẽtes ꝓpter sterilitatẽ erant maledictõi legis obnoxie. Sed ista in mulieribus ẽt virginib⁹ benedicta et eo q̃ quãcũq; virgo nõ tã sterilis sz divinitus fecũda: ⁊ iõ mater intacta: ⁊ sic pz q̃ beatissima virgo maria q̃si luna plena in diebus suis lucet. Eccli. l. Sz est notandũ q̃ luna plena nõ tm̃ hz pulchritudinẽ lucis: sed etiã ꝓfectionẽ figure circularis q̃ tẽ rota ẽ rotũda ⁊ iõ magis pulcra: qõ ẽt beate virgini cõgruit. Et iõ in ꝑs. vocat lũa ꝓfecta in eternũ. Hec ẽ perfectio siue charitatio ꝑ quã ad modũ figure rotũde fuit mobilissima .i. promptissima, ad bñ opandũ capacissima ⁊ amplissima ad oẽs suscipiendũ. Eccli.xxiiij. Transite ad me omnes q̃ cõcupiscitis me ⁊c. Item sine carẽs .i. indeficietissima ad ꝑsecurandũ: vñ ibidẽ Usq; ad futurũ seculũ nõ desinam ⁊ iõ ẽt dicit perfecta in eternũ. Luna enim qñ plena est lucet ꝑ totã noctẽ: sed qñ nõ est plena qñq; lucet in principio nocties. Et significat bñ incipiẽtes ⁊ ciro deficientes qñq; in fine noctis ⁊ significat bene finientes. Sed beata Maria velut luna plena fulsit in suo ꝓncipio q̃ in utero sanctificata: in medio q̃ filio dei illustrata ⁊ sancte ⁊ innocẽter conversat⁹: in suo vltimo q̃ aia ⁊ corpore glorificata: ꝑ noctẽ ẽt significatur tribulatio ⁊ tẽtatio. Quidã ergo sancti adiuuãt in ꝓncipio: quidã in medio quidã in fine ipa aũt adiuuat; semper. Et in ꝓncipio dãdo audatiã ⁊ in medio cõferendo perseuerãtiã ⁊ in fine dando coronam. Hec est ẽt luna q̃ noctem .i. peccatoz tenebrositatẽ lumine sue gre siue misericordie ñ ⁹sinit illustrare. Vñ ⁊ ipa sicut luna vocat regina celi q̃ de nocte absente sole iter sidera ꝓmatũ tenet ⁊ tãq; absente rege .i. sole vt regina regnũ gubernat Sic q̃ rex xps et aliq; cũ facie suaz alicui absc⁹dit tũc Maria marie misericordiaz suam oñdit ⁊ fulget ei luce misericordie q̃ pulerat i tenebr⁹ culpe. Et sic pz qõd Ygo btã ũ solũ ẽ electa vt sol: sz ẽt pulchra vt lũa sic dr Cãt. iiij. ¶ Sc⁹o beata Ygo assimilatur lune q̃ luna est mater roris. Nã vim siue humiditatis aeri ipmit et aerẽ subtiliter alterans ⁊ imutans i ipi⁹ superficie rorem gignit vnde manifeste videmus q̃ estuali tẽpore quãto luna est serenior tanto habũdantior ros super gramina se oñdit. Ros aũt assimilat filiũs dei incarnatus ꝓpter ipsius roris generationem. Nam ros gñatur in interstitio medio aeris ⁊ tẽperate calido ⁊ temperate frigido. Tria aũt interstitia sũt celũ mũdus

infernus. Hec ergo incarnatio .i. filij dei in carnatio nõ est facta in supremo interstitio .i. in celo: q̃ naturam angelicam nõ assumpsit nec infimo .i. in inferno q̃ demones nõ redemit: sed in medio .i. in mundo eos q̃ nature humane se vnuit. ℣ Sce. xiiij. Ero quasi ros. Huius roris mater fuit beata maria q̃ inter eius virginea viscera ros iste celestis descẽdens nostre se carni vniuit. Est enim quoddã genus piscis qui cocica vocatur: qui tempore roris ad littus procedens ⁊ ibi se aperiens rorez̃ celestem intra viscera suscipit ⁊ se claudens margaritã gignit. Ista cocica est beata Ygo maria que rore celesti perfusa generauit de suis visceribus margaritam pciosam de qua Matth. xiij. Inuenta aũt vna pciosa margarita abijt ⁊ vendidit: hec margarita xps est ꝓpter quem debemus oia vendere que habemus .i. terrenaz substantiã: volũtatem ꝓpriã ⁊ conuersationez mũdanam ⁊ eã emere. Istũ rorẽ deus totum posuit in vtez virginis: ⁊ ide ꝓcedẽs totũ mũdũ irrigauit. Ber. Rigaturus aerem deus celesti rore totũ vellus prius infudit. Redẽpturus etiã genus humanũ ꝑ ciuma cõtulit in mariã. ¶ Tertio q̃ luna ẽ ministra humoris. nam in augmẽto lune humores crescunt in corpe: crescũt. n. ⁊ humescũt in capitibus cerebella in ossib⁹ medulle ⁊ breuiter in corpib⁹ eis humoralis substãtia. Et sic in eius diminutione oia diminuũtur. Ob hanc cãm melius est minuere in lune augmẽto q̃s in ei⁹ decremẽto. Sz ligna ꝓ edificijs icidere ⁊ arbores inserere vel plãtare ẽ melius decremẽto q̃s i augmẽto. Cuius rõ est q̃ cũ augmẽto crescunt hũores: si tũc arborẽ iserentes vel plãtaremus humor nimius q̃ in plãta abũdaret q̃ a natura benc regi nõ posset: fructus faceret vermiculosos: ligna ẽt tũc icisa edificijs nõ sunt apta. Quia ꝓpter humiditatem inclusam ad putredinem sunt parata a vermibus nihilominus faciliter corrodenda ⁊ deturpãda. Beata aũt virgo humoris ministra fuit: q̃. Luis filijs triplicẽ hũorẽ infudit. s. ꝯceptiõis nutritiõis ⁊ devotionis. Cõceptionis administrauit spiritui sancto nutritiõis administrauit xpo: humorẽ aũt gratie ⁊ devotionis cuilibet suo filio adoptiuo. Siquidẽ in cõceptione xpi beata virgo maria ex purissimo humore sanguinis sui materiã ministrauit in cõceptione corpis xpi. Sed sanctus spũs ipm corp⁹ organizauit ⁊ formauit. Unde beata virgo vera mater xpi fuit: q̃ hoc solum sm phm pertinet ad rõnẽ matris vt materiam det cõceptui. Vñ Matth. j. Cum esset desponsata mater Jesu Maria. Itẽ dedit filio humorẽ nutrimentalẽ. s. quãdo eũz lactauit vbere de celo pleno, ꝓpter qõd Lu. xij. dicit. Beatus vẽter qui te portauit ⁊ vbera que suxisti. Sũt etiã duo vbera q̃ bus lactat beata virgo filios suos adoptiuos. s. ex vno infundens humorẽ gratie, in filio ex alio humorẽ misericordie peccatoribus. Et iõ ab ecclesia vocat Maria mater gratie mater misericordie. ¶ Quarto q̃ luna est dñatrix maris. Nã sicut adamas trahit ferz post se: sic luna mouit ⁊ trahit post se oceanũ. Unde in suo ortu intumescit mare ⁊ crescit ex pte orientali: ⁊ decrescit ex pte occidentali: ⁊ ecõtra qñ est in occasu: sm aũt qõd luna plus vel minus se extendit vel retrahit ipm mare. Et sicut dicit Maurus in libro Ciceronis Oceanus incremento lune retinet modum istũ. ¶ Primo enim die crescentis lune sit copiosior solito ⁊ abũdat i sũmo: sed secũdo minuitur: ⁊ sic crescit vsq; ad die septimum. Deide itez crescit p septẽ dies. Ita q̃ in decima quarta die itez est plenus in sũmo. Unde in nouilunio mare est sũme plenum ⁊ in plenilunio. Mare aũt mora liter accipit tribus modis. Nam vno mõ dicitur mare huius vite amaritudo ⁊ sup illud mare beata virgo habet virtutem .i. q̃ eius pietas oñditur super illos qui sũt in tribulationis amaritudine positi. Naz in tribulationis amaritudine positi. Naz vẽti ⁊ mare obediũt ei. Matth. viij. Venti sunt aduersitates exteriores: mare sunt

interiores amaritudines vel venti sūt violente tentationū: mare perturbatio tribulationum. ¶Secūdo modo mare vocat peccatores inquietudo Ysa. lvij. Impii q̄si mare feruēs q̄ quiescere nō p̄t: sed quādo ista luna orit peccatoribus eos luce sue misericordie illustrādo: tūc crescit ex parte oriētis et decrescit ex pte occidētis: q. s. auxilio orīt et crescit in ipsis peccatoribus lux gr̄e et aqua misericordie: et deficit cāus culpe. Sed ecōtra si ista lūa occideret peccatoribus. s. vt eis p suā gr̄am non adesset tūc crescceret ex pte occidentis et deficeret ex pte oriētis. i. deficeret lux gr̄e et crescceret casus culpe. ¶Tertio vocat mare mūdi vicissitudo siue mutabilitas. Sicut aūt ostensum est mare virtute lune bz quadruplicē mutabilitatē. Vna est repletiōis et illa est in nouilunio. Secūda diminutiōis et illa est vsq; ad septimū lune. Tertia augmentationis p alios septē dies siue scr. ¶Quarta iterate repletiōis: et hec in plenilunio. Silr virtute et auxilio beate virginis peccatores in mūdo existētes replētur aqua penitētie et decrescit in eis mare culpe et augef̄ effectus gr̄e et tandē perueniūt ad plenitudinē glorie. ¶Quinto q; luna ē mensura tēporis: q; sm motū lune accipiuntur anni lunares q apud iudeos observabātur: vñ Eccli. xliij. Luna in oībus in tēpore suo oñsio tēporis et signū eui. Et cōtinet annus lunaris. ccclxiij. dies: vñ pz q; annus solaris supat lunarē in. xj. diebus vñ Hebrei et Arabes annū seruāt minorem q̄ sit noster. xj. diebus p̄ter quadrantem vnius diei. ¶Itē sm lunam distinguūtur menses lunares vñ mensis dicit a mene q̄d est luna eo q; Hebrei ex cursu lune mēses vocabāt. Et accipit mēsis lunaris apud iudeos et arabes sm cursū lune in toto Zodiaco donec solē attigat: q̄d facit in. xxix. diebus cū dimidio vt astrologi dicūt. Dies aūt lunares sm arabes incipiunt de sero ab occasu solis eo q; ortus lune fit tēpore occasus solis: et sic sm eos nox p̄cedit diem. Sed greci et Romani et alie gēres q̄ nō vtuntur in mēsibus suis lunationē nouē lune cōputant die ab ortu solis cū nocte vsq; ad ortum sequētis dicētes sic sm eos dies p̄cedit noctē vt dicit Alfraganus differētia p̄ma. Patet ergo q; luna habet dies mēses et annos: sed tamē mēses et annos bz breuiores. Quia. s. beata virgo habet plenitudinem gratiaꝝ et virtutū et bonoꝝ sicut et chr̄istus qui soli assimilatur: tamē in minori gradu licz excesse rit oēs alios sanctos. Eccli. xxxiij. Quare dies die superat et annus annū. ¶Sexto beata virgo assimilat lunę: q; luna ē emula trix solis. Nā aliq̄n ipi soli est ante: aliq̄n quādo sup aliq̄n subter. Vñ luna aut est cū sole in cōiunctione q̄n ascēdit: aut a latere vt q̄n a sole recedit: vel q̄n ad solē reuertitur: aut in plena oppositione q̄n. s. totaliter soli opponit. Sic beata virgo ante xp̄m: qui ēt est sol iusticie: fuit quātū ad eratem carnis sicut mater añ filiū: et hoc quātum ad humanitatē: q; quātū ad diuinitatem xp̄s fuit añ cā sm illud. Post me vēturus est: q ante me factus est. ¶Itē fuit post xp̄m quantū ad mortē: q; xp̄s añ cā mortuus fuit. Nā vt q̄dam dicūt supuixit filio vndecim annis. Erat. n. vt dicūt quādo xp̄m cōcepit decē et quatuor annoꝝ et māsit cū eo annis. xxxiij. et post mortē chr̄isti supuixit vndecim annis et sm b quando obijt erat annoꝝ quinquagintaocto. ¶Itē ipa fuit sup xp̄m materna auctoritate. Cui xp̄s in pueritia humiliter se subiecit et reuerēter obediuit fz illud Lu. ij. Descendit cū eis et venit nazareth. s. cū virgine et Joseph et erat subditus illis. ¶Itez ipa fuit sub xp̄o nō solū dignitate: sed etiam situs localitate cū esset in cruce suspēsus. Tunc eni ipa stetit inferius sub eo iuxta crucē. Jobis. xxix. Sed notandū q; q̄n luna est sub sole ita q; recta diametro iter nos et solem sit interposita solet esse eclypsis. i. defectus solis cōcausatus. Et b fuit in passiōe xp̄i q; beata mater sub ipso merens stetit: et tūc ipsa eclypsis solis. i. mortis chr̄isti p tāto causatiua fuit, inquantuz

nāturā qua pati et mori posset ex ipsa chr̄isto assumpsit. Sed notandū q; eclypsis solis accidere nō potest sm naturā nisi in coniunctione solis et lune q̄n de nouo accenditur: et dū ipsa cōiunctio in linea ecliptica celebrat: et hoc est semp quādo sol ē in capite draconis. et luna in cauda vel eōuerso. Vnde dicit Albumasar in libro de motu planetaꝝ. Si luna inter nos et solez obuiat defectum radioꝝ nobis facit in capite vel cauda draconis. Quid aūt sit caput et cauda draconis dicet in capitulo. xxij. Et silr beata virgo dupliciter ipsū solem chr̄istū quodāmodo obscurauit. Primo quādo ipsum cōcepit: et carne vestiuit: tūc enim minoratus est paulo minus ab angelis: q; exinaniuit seipsū formā serui accipiēs. Vnde hoc fuit quasi in capite draconis. i. in muliere vel humana carne que fuit caput. i. principiū peccati. ¶Itē in cauda. i. in morte chr̄isti vbi fuit quodāmodo finis peccati: vbi draco infernalis suū dominiū pdidit et terminauit. ¶Nota ēt q; quādo luna est sub sole q̄uis lumen pdat ex pte terre: nō tamē pdit ex parte celi: vñ quādo luna ipsi soli cōiūgitur nihil omnino luminis ad terrā dirigit. Sed tamē ex parte celi in plena illuminatiōe pmanet et insistit. Et ita silr beata virgo: q̄uis in passione videret ex pte corpis eclypsata et obscurata per tristitie imensibilitatē: tamen ex pte anime semper fulgorē tenuit per fidei firmitatē. Vñ licz alia luminaria mūdi. s. apostoli fuerūt eclypsata tūc fidē perdendo ipsa tū semp lucit fidei lumē seruādo. ¶Item ista nostra luna tūc fuit in cōiunctione cū sole quādo innixa sup dilectum suū ad celū assumpta fuit. ¶Itē xp̄i soli a latere stetit: q; in celo iuxta thronum filij locatus est thronus matris sicut legitur in figura. iij. Reg. ij. de matre Salomonis. Fuit aūt opposita soli in annūciatione. q; tūc quāto sol. i. deus vel angelus annūciās plus ipsam cōmēdabat et magnificabat dicēs. Aue gratia: tanto ipsa eo nouerso se humiliauit dicens. Ecce ancilla. Vñ q; humilitatē deus ancille sue respexit: ideo eā suo lumine replenit sic luna impletur lumine quādo est soli opposita. ¶Septimo beata virgo assimilat lunę q; luna est imutatrix aeris et mediante aere maxime imutat corpora humana: vnde Ypoc. in principio pronosticoꝝ de luna loquens ait. Est quoddā celeste sidus i quo opz medicum prouidere cuius prudentia est, mirabilis et stupenda. Et Balien⁹ in cōmēto de diebus creticis dicit. Rez certam que non fallit intēdat medicus quaz docuerūt astrologi egyptioꝝ q; per cōmūctionem corporis lunaris cū stellis fortunatis fiunt egritudines terminabiles ad bonum. Cum contrarijs vo contrarie. s. ad malum. Et iō cautus et p̄fectus medicus sm doctrinā Ypocratis aspicere debet p̄mam lunā et quādo est plena lumine: q; tūc crescūt humores in omnib⁹ vt dictum est. Quādo ergo in febres aliqs cadit multum necesse est videre vtrū luna tūc ereat de cōiunctione. Tunc enim crescit infirmitas quousq; veniat ad oppositiōis gradum. s. in plenilunio: et tūc si fuerit cū malo planeta aut in malo signo et aspexerit dōm domus mortis q̄ est signū occultum. s. scorpionis. Vel si aspexerit mortez que dicitur domus signi scorpiōis tūc de mortē timendū est. Si vo fuerit cū bono planeta et in bona domo siue signo et aspexerit dominum domus vite. s. mercurium et venerem que est domus aricti siue primi signi tunc de vita sperandum est: et sic de alijs vt patet in libro Ypocratis quez dicitur cōposuisse de vicijs infirmitatis humanę sm lunam. Sic ergo luna habet dominium super infirmitates corpales: sic ēt domina nostra bz dominuz sup morbos tā corpales q̄ spūales: vt faciat eos esse ad vitam vel ad mortem sm dominum meritā et deuotionez ad ipsam. Nam cam reuerentes vitali aspectu aspicit et curat. Ipsam vo blasphemātes vel ꝑtemnentes nisi per penitētiā redeāt mortali aspectu aspicit et necat. ¶Itē beata virgo vocat ab

ecclia stella maris et eo q illa celestio q dicit stella maris est pmo quo ad sui illumina. Bñ. Ygo beata altissima ē p gloie dignitatē. s. sup oēs choros sanctoz t angelos iuxta filii i gloria sublimata. Eccli. xxiiij. Ego in altissimis habito. Ité illa stella est q ad motū velocissima. Dicit. n. stella maris q vulgo dr tramōtana a loco suo moueri nō videat: tū in sphere sue cursu circulariter circūuoluit: sz qz circulus brs breuissimā ḡfi nō moueri vr. Sic beata Ygo maria q̄uis in statu gr̄e immobiliter permāserit t ab ipo p motū alicui⁹ criminis nunq̄ recesserit: motu tn dilectiōis diuine velocissime cucurrit. Dicit. n. Bernardus q q amat vehemēt⁹ currit velociter t pcurrit cū⁹. Ipsa ꝓmnib⁹ sanctis plenius t feruēti⁹ dilexit. Vñ ipsa dr mr pulcre dilectōis. Eccli. xxiij. Fuit át amor ius p modū circulatōis: qz mot⁹ circularis ē ab eodē in idē: qz ipa deū sic diligebat q oia alia ñ nisi pp ipz amabat: t sic ois amor ei⁹ a deo incipiebat t in deū redibat: Eccli. xxiij. Viz cel⁹. i. celestis amor⁹ circuiui sola Et dr sola qz nulli⁹ sci amor fuit ita i deū totalr directus sic bte virgis. Vñ t breuissimū circulū bēbat qz post ꝓtēplatōez oia q occurrebāt statiz referebat in deū. Jō dicit Aug. de ipa. Vnū scim⁹ p certo q ois marie vita t actio itēta fuit sp in dño. Ité hmōi stella quo ad aspectū nrz est minima q̄uis in se sit valde magna. Sibi btā Ygo exteri⁹ exhibuit se minimā p būilitatē q̄uis eēt valde magna p sanctitatē: vñ dicit Lu. j. Quia respexit būilitatē ancille sue ecce. n. ex hac beatā me dicēt oēs generatiōes. Ité stella illa ē quo ad effectū vtilissima, pterea q ipa est naugātiū directiua t iō vocat stella mar⁹. Nā pter situs sui imobilitatē hoies ad ipam aspicientes maxime certificat: sic beata Ygo nauigātes p mare mūdi dirigit: gb⁹. s. lucē suc mi serico: dic nunq̄ subtrahit vel abscondit: vñ illa stella vocat polus q: sp nobis polet t nunq̄ occidit: sz sp sup nos cruscit: vñ polus a pollēdo est dict⁹ q: ꝓtinue mūdo pollet. Ité ista stella est rone sui sit⁹ medij tocⁱ celi ofinua. Mediū át celi est illud q mediator est dei t hominū: hic nobis ista stella ostēdit q: eū nob⁹ visibilē generauit. Ad hanc ēt stellā astrologi ꝓtinue recurrūt q: p ea⁹ situm discernunt terminū t sit⁹ aliox fideriū t celestiū circuloz. Sic ḡsiderāt q fuit viri astrologi celestia ꝓtēplātes potissime ad eā recurrūt t antedūt: q: sic⁹ fidez. s. māsiōes beatoz q̄o hūt in celo. t termini celestiū circuloz. i. pfectōes angeloz p ipaz discernunt tanq̄ p ipsoz oium dominā t reginā t p ipam ēt tanq̄ p ceū portā oēs q saluāt illuc introducuntur.

Ité illa stella p gyrū arcturi sibi ꝓpinq̄ ab alijs stellis ē distincta: a cui⁹ vicinitate polus artic⁹ ē vocata vt dicit. Beda. Arcturus. n. ē septē stellaz curs⁹ q̄ ista stellā circucūt facietes ei q̄si circulū t coronā. Ut. s. beata virgo oiuz sanctoz coronis q ad septē gradus ptinēt coronat t decoratur. Nā pm⁹ gradus est angeloz: secūs ē patriarchaz: tertiꝰ est. pphetaz: qrt⁹ apłoz: quintus martyz: sext⁹ confessoz: septim⁹ Vginū. Notādū ēt q ista stella siue polus ē arcticus ēt vna pte receptiua siue terminatiua. Axis. n. vocat linea q̄dā imaginata q̄ ab illo polo antartico vsq̄ ad istū polū articū recto diametro sicut linea a pūcto vsq̄ ad pūctū eēt tracta. Axis ḡ iste fuit dolor passiōis xp̄i q ab vno polo. s. a filio cruci affixo vsq̄ ad aliū. s. vsq̄ ad cor ipsi⁹ matris ītmobile a nde t gra ptrāsijt sicut ei Simeon ꝓdixerat. Lu. ij. Tuā ipsius aiaz ptrāsibit gladius. i. dolor passiōis xp̄i. Ité beata Maria assistat luci ꝓpi. vij. Ꝓrio qz lux tenebras pellit. Jobis. j. Lux in tenebris lucet. s. tenebras expellēdo. Damas. Auferet lucē t oia in tenebris oia icognita remanebūt. Sic beata Ygo dū vexit lumē mūdo effudit ecitatis t infidelitatis tenebras effugauit. Vñ maria interpꝛat illuminatrix. Ipa ēt ē illa lux de q̄ dr. ij. Reg. xxiij. Lux aurore oriēte sole mane absq̄ nubibus rutilat. Ipa nāq̄ peccatores purgat a tenebris peccatoz lūine gr̄e suc. Et iō dr

tur aurora: qz expellit tenebras culpe t inducit lucem gratie. Ipsa frigidos accēdit calore charitatis fuc: t iō aff. tat luci solis oriētis qz lux solis calefacit. Ité ipa cōsumpscentie refrigerat t a nubibus carnalis passionū animas fecundat. Et iō assimilatur luci matutine q̄ est cū refrigerio t luce ēt serene. s. q̄ est absq̄ nubibus. Sed cūdo lux mestos dissolvit. Et b est iquātum brs aspectū letificatiuā: dulce. n. est lumen t delectabile oculis videre solez vt dicit Eccli. xj. Hoc aūt cōpetit beate virgini q̄. s. est merētiū cōsolatrix. Nā spūales cōsolatiōes t gaudia deuotio sibi mētib⁹ frequēter infudit. Hester. viij. Nouus lux orta est gaudiū t honor t tripudius. Est. n. gaudiosa incipiētibus quos spūales cōsolationes impēdit: honorabilis pficientibus quos ab omnib⁹ impugnatiōib⁹ ptegit: tripudiosa est puenientibus quos in celeste gaudiū introducit. Tertio q: lux insidias pdit. Nā latebras illustrat t patefacit in quib⁹ insidie abscunduntur. Sic beata Ygo insidias diaboli deuotis suis patefacit ne ab ipsis decipiant. Et iō diabolus istaz lucem multū timet. Jobis. xij. Nō venit ad lucē vt nō arguant opa ei⁹. Quarto q: lux securitatē parit: vñ homines q de nocte pauescūt i die securi vadunt: t hoc est q: nō timent offendiculum Jobis. xj. Qui ambulat in die nō offendit q: lucē huius mūdi videt. Nō. n. timēt qui in die vadūt aut pedis offendiculū aut bestia latētis incursum vel fantasmatis terrentis aspectū. Sic q beatā mariā sequūtur t ei p deuotionem adherent illuminātur t ꝓficiunt ab ea vt neq̄z peccādo cadant nec eos demonco fallāt nec ipsos fātasmata terreant. Roma. xiij. Induamur arma lucis sic vt in die honeste ambulemus. Arma lucis sunt exēpla beate virginis q̄ quicunq̄z indutus fuerit caz. s. sequēdo tut⁹ erit ab omnibus ꝓdictis. Quinto q: lux visū pascit. t hoc ꝓpter suaz pulchritudinem in cuius aspectu anima delectatur. Prouerb. xv. Lux oculoz letificat animā: sic spūalis pulchritudo beate virginis ꝓsiderata visū aie letificat t pascit. Ecclesiastici. xlij. Pulchritudine. n. decoris ei⁹ admirabil⁹ oculus. Siquidē cādor ei⁹ admirabilis fuit tā in ictrion puritate q̄ in exterioꝛ virginitate. Sapiētie. vij. Cādor est lucis eterne. s. q̄drū ad puritatē mētis t speculū sine macula quātū ad honestatem carnis. In hoc speculo gliber poterat secure respicere q: tāta erat lux honestatis q̄ emicabat i facie virginis⁹ q vt dic. Micronimus. quicūq̄z respiciebat in faciē virginis huius eius turpis tentatio extinguebatur. Job. xxix. Lux vultus mei nō cadebat in terrā. Sexto q: lux celestiū corporum virtutes ad nos vehit. vñ fm Aristotelem lux est vehiculum virtutū celestiuz q: sz celestia luminaria mediāte luce agunt t mouēt ista inferiora. Sed sciēdum fm quosdā q̄ lux brs causare effect⁹ naturales inquātū motus sibi adiungit: nō q̄ in motu sit Xrus causatiua ꝓncipaliter effectuum nālium: sicut est in luce: sz q: p motuz determinat Xrus solus inquātum corpus agit in corpus p cōtractuz t ꝓcretionē aeris moti. Et iō cessante motu qđ erit in fine mundi lux nō causabit effectus nāles: sz solum intentionales dando eē coloribus t se diffundēdo in medio absq̄ eo q̄ causet aliquē effectum nālē. Habet. n. corpus celeste inquantuz corp⁹ qđ agat p motum hoc. n. est ꝓprium corpis vt motum moueat. Et ēt hac pte brs vt moueat ad transmutationem nature. Sed hoc p lucem brs vlterius q: solum causet esse spirituale inquantum attingit ad ordinē substantiaz separataz. t ꝓcipat aliqd ꝑ mō ipaz. vñ si motus auferat lux habebit soluz se multiplicare in medio t causare effectus spirituales in corpibus. t ēt pte hac habet lux aliquaz similitudinē cum forma intētionali: maxime cum fiat in medio t tollat ad ꝑ sentiam t absentiam luminaris ꝓpter qđ nō brs esse firum t ratum sicut forma naturalis: vñ ratione debilis esse qđ lux habet in medio t rōne effect⁹ intētionalis quē

solum: causabit motum cessante posset fo
te aliquo modo tolerari dictum eorum q
dicunt q̄ lux bz in medio esse intēriona-
le. Sicut ergo mediante luce devenit ad
inferiora virtus celi ita mediante virgine
devenit ad nos virtus dei. i. filius dei. de
quo Lu. j. dixit angelus virgini: virtus al-
tissimi obūbrabit tibi: sed ꝺ tactū nō est ni
si addito motu fidei. ſ. per virginis consen
sum dicēte. Ecce ancilla dñi ⁊c. 2Medi. ſ-
te etiā ista luce celestis gra nobis infundit
⁊ devenīt ad nos divine miserationes.
Unde Eccli. xxvj. 2Miserere nostri deus
oium ⁊ ostende nobis lucē misericordiaz
tuaz. ¶Septimo q: lux diuersas res gi-
gnit. Dicit enī Dyonisius. iiij. capitulo de
divinis nominibus. q̄ lux oibus corpori-
bus generationem confert. Sic beata vir
go genuit ūllū q multos filios addurit se-
cum in gloriam quos nō contēnit vocare
fratres vt dicit apls ad Hebreos. ij. O m
nes aūt qui xp̄i fratres sunt possunt dici fi
lij spirituales beate virginis q̄ mater chri
sti est natural. Un ipsa dicit. Eccli. xxiiij.
A generationibus meis implemini. Et iō
oēs xp̄iani sūt filij huius lucis. Jobis. xij.
Credite in lucē vt filij lucis sitis. ¶Itē ma
ria mater dñi assimilat aurore, ppter. iiij.
¶Primo q: est noctis ac diei mediatiua
est enim terminus noctis ⁊ initiū diei. ⁊
iō aliquid bz de obscuritate ⁊ aligd de cla
ritate. Et talis fuit btā virgo in vtero ma
tris: q: enī in ipsa terminari debebat nox
culpe ⁊ initiari dies gre sm illud Roma.
xiij. Nox precessit dies aūt appropinqua
bit. Ideo ipa tanq̄ vera aurora in ipo suo
principio aligd tenuit de nocte culpe: q: fuit
in originali peccato concepta ⁊ aligd de
die gre: q: fuit i vtero sanctificata ⁊ p gra
tiā sanctificationis ab ipso peccato purga
ta. Un Job. iij. dicitur de die originalis
peccati q incepit q̄n aperti sunt oculi. Adā
⁊ eue. O brenchorenk stelle caligine eius ex
pectet lucē ⁊ nō videat nec ortū surgentis
aurore. Stelle enim ꝓphancti illo die sūt ob
tenebrati. q: fuerunt cū originali peccato
concepti ⁊ cum originali nati. Sed ista di
ci culpe non vidit lucem. i. xp̄m: q: nec in
suo conceptu nec in ortu originale habuit
peccatū ideo dicit expectet lucē ⁊ non vi-
Timor dei assimilat feniculo. ¶Primo propter virtutem apertiuam. q; feniculus vt dicit ꝑDla. habet virtutem diureticam & apertiuam. Similiter timor dei aperit viā amori. Vñ dicit Auga. q; timor introducit amorem sicut sera in cōsū calefactio introducit ſilum. ¶Secundo q; hꝫ virtutē incisiuam scꝫ extenuare in ꝑfo. Similiter timor dei incidit viciosum affectū amoris mundi. Nam sicut dicit Johes Cassian⁹ in libro de institutis mōachoꝝ. De timore dei nascit cōpunctio salutaris. & de cōpunctione cordis abrenuntiatio. i. nuditas & contemptus omniuꝫ facultatū. ¶Tertio ꝓpter virtutē renouatiuaꝫ q; feniculi gustu vt fertur serpentes oēm senectutem deponunt. Sic hō dei timore cōpunctus senectutē nō ꝑfecti sed peccati p confessionē annuatim deponit. Quia saltē semel in āno vt supra dictum fuit tenet hō ex ꝑcepto ecclie ꝓfiteri Eccli. j. Timor dei expellit peccatū. ¶Quarto ꝓpter virtutē illuminatiuā. q; ēt feniculi gustu ipsi serpentes caliginē oculoꝝ detergūt. vt ꝑPlinius dicit. Vñ & hominū intellectū & caliginē oculoꝝ dicūt ex eo maxime releuari. & ideo ex eius succo fit collyrium oculis valde aptū. Similiter timor dei oculos mentis purificat & caliginem superbie fugat. & lumine vere sapientie mentē illustrat. & ideo dicit Job. xxviij. q; timor dei ipsa est sapientia tē. ¶Quinto ꝓpter virtutem defensiuā. Quia semen feniculi cum vino potatum valet contra morsus serpentū & cōtra ictus scorpionū & radit ex⁹ cocta cuꝫ vino canis morsū sedat. Dec. n. oia opat feniculus ortēsis. & adhuc fortius opat feniculus agrestis. Similiter timor dei & ꝑcipue agrestis. i. fortis resistit morsibus serpentū. i. tentationibus diabolicis. ¶Itē ictib⁹ scorpionum. i. motibus carnalū ꝑcationū q; ante delectāt & retro cruciant sicut scorpio ante palpādo icedit sed retro cauda ferit. vt dicit Bzego. Item morsibus canis. i. tentationibus mundi blādiēs vel pſequēris. Quia canis aliqb⁹ cauda blādit aliqb⁹ vo latrat & eos morsib⁹ ledere molitur. Vñ Bzego. dicit q; in via dei timor fortitudinē gignit scꝫ ꝓtra carnē diabolū & mundum.

Capitulum.lxxviij.

Ribulatio assimilat celidonie q̄ est herba cui⁹ succo oculi rūdinum stercore lesi ad statū ꝑstinū reuertunt vt Jsido. & ꝑlinius dicunt Sitr vt dicit Bzegori. oculos quos culpa claudit pena aperit. ¶Itē tribulatio nō nocet se bñ tractata sed potius eum exaltat. Cui⁹ exēplū apparet in ficu egyptiaca cui⁹ lignū in aq̄ missū ꝫ ꝓtra natūrā aliarū ficuū mox fundā pene & postq̄ fuerit aq̄ plenū vł magis debet esse poderosum tunc redit ad summum vt dicit Auga. Sitr. hō ꝓsit⁹ in aq̄ tribulationis. si fundū perierit. i. si ꝓfunde se bñ liauerit restituet ad sūmū gradū. retinā ter dū ratis exaltatur ad sūmū. Vñ de xpo dr ꝑPbilip. ij. q; būtiauit se ipꝫ fact⁹ obediēs patri vsq; ad mortē. mortem aūt crucis. ꝓpter qđ de⁹ exaltauit illū tē. ¶Item q; tribulationis flagellū aptat oculos cordis vt iā est supra dictū eo q; tollat cecitatē inducta ꝓ peccatū. ꝓ ēt ꝓ lactuce q̄ a gbusdam erachea dicit similitudinē & exēplū. Nu iusmodi eni lactuce folia sunt breuia & rotūda cui⁹ succū accipitres herbā scalpēdo extrahūt. & tāgētes eo oculos cecitatē discutiunt cū senescunt. ¶Succus ergo lactuce talis est acerbitas tribulationis. que scꝫ cecitatē accipitz. i. hominū peccatorū & ꝑcipue tyrānoꝝ fugat. Vnde tribulatio figurata est in illo pisce Thob. vj. cuius fel. i. amaritudo valz ad inūgēdos oculos Apo. iij. Collyrio idest tribulationis asperitate inūge oculos tuos vt videas. ¶Itē amaritudo tribulatiōis causat dulcedinē consolationis cuius exēplū apparet i radice. q; qñq; amara radit dulcē fructū ꝓducit. sic in vuet oliua natura ostendit. in quibus & cōsimilib⁹ amaritudo radicalis hūoris digerit & dulcescit beneficio aeris & caloris celestis materiā penetrātis. Sic dolor cordis vel tribulatiōis bñficio aeris circūstātis idest alicui⁹ boni viri vel angeli assistentis. & bñficio gratie celestis aiaz ꝑ ipaz tribulationē purgātis. vertit i magnā dulcedinē cōsolatiōis. ꝑPsalmist⁹. Secūdū multitudinē doloꝝ i corde meo cōsolatiōes tue letificauerūt aiaz meā. ¶Itē tribulatio assimilat rāno. q̄ lꝫ sit arbor multe amaritudinis. & i radice & i folijs & i ramis. multū tū ē medicinalis. Nā ex succo radicis medicamētū fit oculos claros reddēs. semen ēt secundinas ex vtero trahit. Sic tribulatio lꝫ sit amara. & in radice cordis ad cōsiderādū & in folijs. i. in verbis ad audiēdū. & i ramis. i. in factis ad tolerādū. tñ medicinalis ē contra peccata & ꝑcipue q; oculos cordis clarificat vt supra dcm ē. qđ ꝑcipue

radit ramni facit. idest cōsideratio cāe ipsius tribulatiōis scꝫ q; aliqs cōsideret & reputet se pati ꝓp peccata sua manifesta vel occulta. ¶Itē deuotio mētis secūdinas. i. delectationes & concupiscētias voluptatū educit. q; malitia vni⁹ hore obliuionē facit luxuric vt dicit Eccli. xj. ¶Itē tribulatio humiliter portata assimilat rute. primo q; ruta hꝫ vim purgatiuam. purgat eni inūditiā matricis & inde fetū mortuum educit. Sic tribulatio dū hoiem ad pniam humiliat immunditiā mētis purificat & ide virtute pnie mortale peccatum euacuat. Vnde Auga. super ꝑo. dicit q; flagellū tribulationis excitat serpentem. humiliat fugientē. purgat penitētē. & coronat innocentem. ¶Secundo quia ruta hꝫ virtutē illuminatiuaꝫ scꝫ q; ruta cruda cōcisa visū acuit. Sic etiā tribulatio acuit visū mētis. q; intellectū tribuit Jsa. xxviij. Tantūmō vexatio dabit intellectū. ¶Tertio q; ruta habz vim mortificatiuam. debent enim mulieres grauide ab esu rute abstinere q; fetum occidit in ventre. Quasi aūt fetus in ventre est peccatum conceptum qđ tribulationis vio penitus extinguit. Eccli. iij. Ignez ardentem. i. incentiuū peccandi extinguit aq̄ scꝫ tribulationis. ¶Quarto q; ruta hꝫ vim serpentū & bufonū expulsiuā. vñ debz plātari in ortis q; ab eis oē venenosū depellit. & hꝫ iurta saluiā plātari q; eā serpentes diligūt & bufones ꝑ saluiā ergo calidā & būidā apperitū intellige sensitiuū q; sensualitas noiat. Serpentes aūt sunt motus inordinati & passiones virtutis irascibilis. bufōes vo sūt passiōes concupiscibilis. & hec oia in saluia fouentur q; oēs hmōi motꝰ i sensualitate nutriūt. Sed hec omnia repelli mit ruta idest tribulatio humiliter portata Nam bufones idest concupiscibiles passiones puta gaudium delectationem & huiusmodi extinguit vio tribulationis. Sed serpentes idest motus irascibiles puta odium iram & huiusmodi repellit vio patientie & humiliatio. Matth. xvj. Serpentes tollent.

Capitulum.lxxii.

Verbum dei assimilatur semini sm illud Luce.viij. Semē est verbū dei. ¶ Primo propter virtutem attractiuaz. q3 sicut semen attrahit ad se humorem terre ita verbum dei attrahit affectionē aie. Et sic attrahebatur David dicens. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. Et Petrus dicēs. Joan. vj. Dñe ad quē ibimꝰ verba vite eterne habes. ¶ Secundo ppter virtutē mundificatiuā. Propter semē enim terra mundat. et ipm etiaz terraz mūdat trahendo ad se hūorē q aliaz in malas herbas conuerteret. Similiter et verbum dei mundat et purgat aiaz Deb. j. Verbo virtutis sue purgationem faciēs. Jo. xv. Vos iā mūdi estis ppter sermonem &c. ¶ Tertio ppter virtutē assimilatiuam q3 non ex quolibet semine qlibet generat sed ex simili semine vt dicit in libro. Phyſicoꝝ sicut ex tritico triticū et ex ordeo ordeum et sic de alijs. Vñ q3 verbum dei semen dei est ideo facit homines similes deo Job. i. Illos dixit deos ad quos sermo dei factus est. ¶ Quarto ppter virtutem germinatiuam Isa. lvi. Sicut oritur semen suum germinat. Sic generatio et natiuitas spiritualis hꝫ fieri per verbum dei. Vñ j. Pet. j. Renati non ex semine corrupcibili sed incorruptibili per verbum dei ¶ Quinto propter virtutem ꝓmotiuam. q3 illud q3 ex semine gignitur paulatim et virtute que est in semine semper perficit et augetur Marci. xiij. Germinat semē et increscat. Ditto enim terra fructificat. primum herbam deinde spicam deinde plenum fructum in spica. Semen est verbum dei fructificat herbam in incipientibus spiritus fiue perseuerantibus. ¶ Sexto ppter virtutem multiplicatiuam. q3 ex vno grano semine multa generant Apoc. ij. Lotiliter verbum dei sm illud Matth. xiij. Audiunt verbum et suscipiunt et fructificant. vnum. xxx. aliud. lx. et vnum centesimum.

Capitulum.lxxx.

Virginitas assimilatur cedro Primo q3 cedrus est arbor gratissimi viroris est enim aspectu pulcra sp teneno viridia. folia. Est autē ꝓtinens carnis q3si qdā viroꝝ arboris Beatus aūt est deo viroꝝ cōtinentie cōiugalis. gratior autē continētie vidualis. sed gratiosissimꝰ est ei viroꝝ continentie virginal' Eccli. xl. Gratiā et speciē desiderabit oculꝰ et super hec virides sationes. i. sacratissimas Virgines. Secundo ratione iocundissimi odoris Odor enim cedri serpētes fugat et hōines recreat Odor autē virginitatis demones fugat et angelos delectat. q3 virginitas cognata est angelis ꝑut Dicroñ. dicit. ¶ Tertio rōne efficacissimi vigoris. q3 tanti vigoris est cedrus vt nunq3 a tinea vel aliquo alio vermē corrodatur. Vñ et huiꝰ arboris gūma q3 dicitur cedra est ad libroꝝ ꝓseruationē summe necessaria. q3 libri ex ea liniti nec a tineis roduntur nec tēpore senescunt Corpora etiam mortua in ligno cedrino reposita et eius lachryma perunctа ab omni putredine ꝓseruant. Quasi autem tinea in pāno vel vermis in ligno est ꝯcupiscētia in carne a cuius corrosione i. corruptione virginitas ꝓpetuo se ꝓseruat. Vñ Aug. dicit q3 virginitas est in carne corruptibili ꝓpetua incorruptionis meditatio. Nec ꝓditur senio virginitas in corpe sicut virea corporis pduntur. Corpora aūt mortificata per abstinentiā melius in cedro. i. in virginitate incorrupta fruantur. ¶ Quarto rōne suauissimi saporis. hꝫ enim cedrus in suo fructu triplicem saporem Nam in medio circa grana eius pomum est acetosum in superficie Vo circa corticē est dulce. in medio Vo medulle est temperatus inter vtrūq3 saporem q3si medium tenens. Sic etiaz sacre virgines debent esse dulces et mites exterius in cōuersatione sed interius aceto se ideſt tumide et sollicite. In medio autem ideſt in corpore debent esse quodaz medio temperate vt neq3 acetositate nimie aspiritatis infirmē. neq3 dulcedie deliciositatis soluantur. ¶ Item virginitas assimilatur ordeo. primo rōne ordinis. q3 sm Plinium. ordeuz inter frumenta primuz seritur. et primum recolligitur Sic inter semina virtutum hec q3si primum seminata fuit in humana natura et carne scilicet virginitas. Vñ nec ꝓmus homo nec ꝓia mulier fuerunt ꝓducti p actum generationis aut p corruptionem carnis. q3 corpus Ade fuit ex virginea terra sumptum. et corpus Eue ex virginea costa ꝓductum similiter fuit ꝓmo recollectum et in horreo paradisi locatum. q3 prima caro deo vnita fuit caro virginea sicut caro xp̄i. q3 et ipa virgo fuit et ex virgine sumpta. et ipsa ꝓio fuit beatificata et in celo locata. Tenetur etiam cōiter q3 tria virginea corpora sunt iā añ messez generalem aliorum corporū in horreo celi locata scilicet xp̄i et beate virginis Marie et beati Joannis euangeliste. De alijs aūt q3 eiz xp̄o resurrexisse leguntur tenet Augu. q3 iterum mortui sunt ita q3 non sunt in celo nisi eorū aie q3uis aliqui doctores contrariuz dicant. ¶ Secūdo rōne seminis Ordeum enim non vult seri nisi in terra sicca et solida. q3 virginitas requirit soliditatem mentis et siccitatem carnis scilicet p abstinentiam cibi et potus. q3 sine cerere et baccho friget venus vt dicit Terent. in Eunucho. i. sine abundātia cibi et potus. Et ideo merito significat virginitas in ordeo. Vñ sm Jsid. dicitur ordeum q3si aridum. qđ et est frigidum et siccum. q3 scilicet virginitas animam refrigerat ab ardore concupiscētie. et desiccat ab hūore gule. ¶ Tertio ratione roboris. Nullum enim frumentum est magis a corruptione remotum q3 ordeum eo q3 citius recolligat et crescat q3 ipm corruptio vel rubigo inuadat Hoc autem virginitati competit ob cuius amorem plurime elegisse leguntur vt potius per martyrium et violentam mortem recolligerent ad deum q3 inhoneste corruptionis rubiginem paterentur. ¶ Quarto ratione corporis. q3 totum corpus ordei habet q3dam excellentiam. Nam inter omnia frumenta validiorem habet palcam. humiliorem stipulam et laudabilem multum medullā si debito mō sit parata et farinaz acceptissimam seu polentaz vt Plinius dicit. Que omnia cōperunt virginitati q3 est valida in ꝓposito. humilis in animo. laudabilis in exemplo. et acceptissima in merito. Vel valida in carne humilis in mente laudabilis in certamine. acceptissima in mercede. Vel valida contra mundum. humilis cōtra diabolum. laudabilis quo ad angelos. acceptissima quo ad xp̄m. ¶ Item virginitas assimilatur rose. quia ipa est flos de qua dicit Ecclesiastici. xxiiij. Quasi flos rosarum in diebus vernis. Quod patet primo ratiōe decoris. quia sua pulcritudo visum pascit. Sic virginitas in oculis dei et angelorum maximam pulcritudinem habet. Sapientie. xl. O q3 pulcra est casta generatio cum claritate. ¶ Secundo ratione odoris q3 suo odore olfactum afficit. Ipsa autem virginitas tota odorifera est cuius odore repletur domus conscientie Job. xx. Domus impleta est ex odore &c. ¶ Tertio ratione suauitatis quia rosa suauitatis mollitie tactuz lenit. Specialiter Joānes inter apostolos tanq3 virgo purissimus xp̄m merebatur tangere. et ei intimius et familiarius preceteris adherere. Vñ et in cena recubuit supra pectus eius. q3 virgineo q3dam speciali vnione xp̄o ceteris in celo familiarius inherent et circa ipm sunt sicut suauissime rose. Vñ de virginibus dicit Apoc. xiiij. q3 sequuntur agnuz quocunq3 ierit. ¶ Quarto ratione virtutis Nam sua virtute multis languoribus rose succurrunt. q3 scilicet virginitatis honestas a multis tribulationibꝰ liberat quas coniugati patiuntur vt Apoc. xix. j. Corin. vij. ¶ Item virgines assimilantur violis. q3 sūt frigide aquose et odorifere. Sunt enim virgines frigide a concupi

scientia carnis.aquose p lachrymas deuotionis.odorifere per exēpla honestatis .Et nota q viola suo odore cerebri calorez mitigat.spiritum animalem ꝟfortat t somnuz ꝓuocat.Sic virginitas suo odore ardorem carnis refrigerat.spiritū cōfortat t recreat. t ad somnum idest quietem contēplationis disponit t preparat.¶Item virginitas assimilatur lilio Cañ ij.Sicut lilium inter spinas sic amica mea ꝛc.Et hec similitudo ꝓmo congruit ratione decoris.Est enim flos nitre pulcritudinis t decoris quez hz ex cādore siue rubore.Nam lilia cōiter sunt alba sed q̄q rubea t purpurea. habz enim virginitas candorem.i. puritatem carnis. Eccli.xl. Pulcritudinē.decoris eius ad mirabitur oculus.Sed alique virgines habuerunt rubores passionis.scilicet suo sanguine rubricare.Isaie.xlvij.Quare rubrum est indumentū tuum.i.corpus Secundo ratione odoris.Nam flos lilij q̄n integer t intactus est multum pmanet t suauiter redolet sed confractus t cōfricatus plurimū fetet.Similiter hominum caro dum intacta t integra per virginitatem permanet tam deo q̄ hominibus redolet Eccli.xxiiij Fructificaui suauitatem odoris.Sed duz per luxurie vicium confricatur vel frangitur virginitatis signaculum.taz spūalis q̄z corporalis fetor egreditur . ¶Tertio rōne fulgoris.qua in lilio quedam aurea grana fulgent que septē assulis sustentantur. Vñ et septem folijs candidissimis simul conuenis flos ille componitur t septem grana aurea decoratur. Nec septem folia candidissima inuicem continua sunt septem virtutes anime que fuerunt in sacris virginibus inuicem cōnexe scilicet iustitia.temperantia fortitudo prudentia.fides.spes.charitas. Sed adhuc cum illis septem virtutibus habuerunt septem grana aurea.i.septem.intellectus:consilij fortitudinis pietatis t timoris. Vñ t vere fuerunt virgines sacre ecclie quasi lilia que sunt in transitu aque vt dicitur Eccli.

Capitulum.lxxxj.



Virtutes assimilantur alicis. ¶Primo quia alicuz vt dicit Diascoridis habet virtutem omne venenosum repellendi.Et hoc competit virtuti fidei que venenosa dogmata scilicet hereticorum depellit in quibus est venenum falsitatis t prauitatis Repellit etiam fides t vincit venenum mūdi.i.cupiditatē vel rabiem tyrānorū psequntium.i.Joh.v.hec est victoria que vincit mundum fides nostra. Item valet contra venenū diaboli. Epe. vj. In omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela ignea nequissimi extinguere:¶Secūdo q̄ alleū hz virtutē dolorem illorū mitigandi scz si cū oleo coctum t tritū sup locū doloris ponat.Et hoc cōpetit spei.q: ipa spes celestis premij mitigat dolores pūtis ctilij.ꝓcipue: si adsit peccatoꝝ contritio t celestis gr̄e victus ¶Tertio q: hz virtutē diuidendi.t hūores grossos incidendi.t consumendi.t hoc competit charitati que nos a mundo diuidit Vñ g diligit mundū non ē charitas patris in eo vt dicitur.1. Joh.ij.Cui pecta cōsonat dicēs Nō bñ cōcordāt nec in vna sede morātur. Vanꝰ amor mūdi verus amoꝝ dei Vñ charitas hūores grossos.i. affectus terrenos a mēte separat t cōsumit. ¶Quarto habz virtutem vulnera sordida purgandi t hoc competit iustitie.q: purgat maleficia.t scelera in alterutrū ꝓmissa.quibus interdum vulnerantur corpora.vel saltem vulneranē dānabiliter suscipientiū corda. ¶Quinto hz virtutē dolorē t tumorem a loco tollendi si coctum cū aq̄ fontana apponatur.Et hoc ꝓpetit prudētie q̄ tollit dolorem dum ꝛsolatur in aduersis.t sedat tumorē superbie humiliando in ꝓsperis. ¶Sexto hz virtutē morsū canis rabidi curandi si cū sale ruta t nucibus sit admixtus t positum sup vulnus. Et hoc ꝓpetit fortitudini que defendit a morsu canis rabidi.i.a terrore aduersitatis vel persecutionis mundi. si tñ ipa fortitudo sit cum sale discretionis

tum ruta acute cōtemplationis.q: ruta dicitur reddere visum acutum.t cum nuce.i. custodia humiliatis. Nam nux dulcedinē nuclei sub arida testa celat t custodit. Et sic quoq; hō humilis sub aspritate pēne vel carnis celat vel custodit dulcedinez mētis ¶Septimo q: alleū habz vim hydropisiz euacuandi.q: humorē subcutaneū deficcat. Habz etiaz vim vermes ventris occidendi si cū pipere et succo mēte t accto ad salse modū offeratur.Et hec duo ꝓpetunt temperātie que hydropisiz curat.i.luxuriā in q̄ fluxꝰ carnalis humoris erubescit. quē ipa tēperantia per virtutē ꝓtinentie et abstinentie euacuat.Itez tempantia vermes ventris.i.appetitus t pruritus gule inordinatos qui etiam ventrez replēt t mordent necat si tñ abstinentia cuz pipere calido diuini amoris t cū succo mente idest deuotione mentis.t cū aceto ꝓpunctiōis fuerit sociata.Quia abstinentia t cōpunctio dilectio t deuotio optimā salsam faciunt animē p quā oīs inordinatus motus carnis constringitur t absceedit.¶Item virtutum theologicarū perfectio repsentat in faba. Nam faba habet hastam que crescit angulosa.t representat fidem que creꝺit per quattuor angulos.i.per doctrinam q̄ttuor euangelistarum.vel per angulos.i.per quatuor partes mundi.De quibus dicit. Deu. xxviij.Dilataberis ad orientem t occidentem t septentrionem t meridiem.¶Item faba habet florem odoriferū multū ab apibus frequentatū Et hic flos significat spez quia cū flos apparet spes est de futuro fructu.per spem enim iam incipimus future vite gaudia odorare ac sapere hanc frēquentant apes.i.actiui solicite t argumentosi.q: i spe fructꝰ vite eterne seminant semina elemosynarum t operū misericordie. ¶Item faba ꝓducit in basta thecas.que scilicet interius diuersis sunt distincte domunculis in quibus fabe per ordinem sunt locate. Iste thece sunt charitatis gradꝰ diuersas domunculas.i.diuersos modos habentes. in quibus sunt fabarum grana.i.charitatis opera quodam ordine distincta. Nam debet esse charitas ordinata t gradata.t interius in affectibus t exterius in effectibꝰ Cañ.ij. Ordinauit in me charitatem.

Capitulum.lxxxij.



Virtuosi homines differū a vitiosis.sicut plante siue arbores masculine a femininis.Dicit autez Aris. q diuersitas plantarum distinguitur per masculinas t femininas.t inuenitur inter vtraslibet quadruplex dīa ꝓma sumitur ex cōplexiōe q: masculina planta spissior est durior ficcior densior t ramosior q̄ feminina. Similiter inter homines quidam sunt masculini.i.virtiles contra vicia.t constantes contra aduersa.quidam autem sunt feminini. i.molles t inconstantes. Unde masculini. i.virtuosi sunt magis spissi per gratie plenitudinem.sunt magis duri per patientie fortitudinem.magis sicca per abstinentie aridatem.magis densi per virtutum multitudinem.t sunt magis ramosi per bonorū operum solicitudinez.¶Scōa differentia sumitur ex foliorum distinctione .quia masculina arbor habet folia aspera minora t strictiora propter dominium siccitatis.Et dicit Aristo.q: si folia vel pulvis foliorum vel cortex masculine plante foliis femininis componatur vt simul cohercant.citius maturabuntur fructus femine.t prohibent casum foliorum t fructuz.donec fuerit cōplera digestio.Cuius ratio est fm Alpharedum quia masculina planta aere deferēte auget calorem femininum.t sic fit potentior in operatione.Et dicit etiam idem Alphoredus q: si folia masculine plante coniugāt foliis femininis sic inuicē cohereb̄t q: vir nō separari ab inuicem Similiter pelatus q est masculinꝰ.i.virilis t prudēs debet solita.i.verba aspera incorripiendo pauca in precipiendo.stricta i seruando.efficiatꝰ aūt .i.timidꝰ platus hz Yba lenia in corrigēdo.multa in adulādo.t larga i rela

rando. Sz q3 nimia feueritas aliqñ frangit. r nimia leuitas aliquando dissoluit. et pedu coniungere aliquando in correctione r componere verba feminina cum masculino idest miscere verba blanda duris q̃ tamen sic debent coniungi vt ab inuicem non separentur. s. vt neq3 verba blanda careant seueritate neq3 severa carcãt lenitate. ¶Tertia differentia est in pullulatione. q3 pr̃ pullulat masculina q̃s feminia propter fortiorem calorem. Sic homo virtuosus r virilis bonum facere non tardat qõ expedit. sed tumidus r tepidus qui minus habet de calore charitatis negligit r post ponit. ¶Quarta differentia est in fructificatione. q3 fructus masculine plante ẽ breuior r etiam maturior q̃s feminine. Cuius est ratio. quia in masculina propter abundantiam caloris r siccitat̃ partes eius fortius constringuntur ad inuicem r faciunt arborem spissiorem. Sic ergo ipsa strictura r soliditas venarum prohibet humorez multum cuiuti ad vnum locum vt conuertatur in fructum. propter quod fructum hz breuiorem. vt dicit Albuñ. Paucitas aũt humoris r abundantia caloris faciunt q3 ipe fructus sit magis maturus. Vnde ẽt dicit Aristo. q3 si ventus deferat odorem masculine ad femininam maturabitur citius eius fruct9. Ergo viri masculini. i. virtuosi. r prudentes faciunt fructus breuiores. i. opa humiliora vel breuiora. i. nõ diu dilata. r maturiora. i. discretiora q̃s timidi r imprudentes qui faciunt opera tarda r indiscreta. Sed odor masculum. i. consilium r exhortatio hominis magnanimi r prudentis multum prodest femine. i. homini timido r debili r reddit eum magis solicitum r cordatum ad expediendum illud q3 faciendum est.

¶Capitulum .lxxxiij.

Vita assimilantur alicis.

¶Primo quia alicum visũ damnificat. quia oculos offendit. Vnde communia versus dicitur Allea vina vent9 pisuis ventus faba fumus. Ista nocent oculi sed vigilare magis. Hoc autem competit vicio superbie que visum mentis obscurat Job. xxxvij. In manibus. i. superbis abscondit lucem Bzego. Tumor mentis est obstaculuz veritatis. ¶Secundo quia stomachum turbat. r h̃ compent inuidie. q̃ de aliena felicitate mentem perturbat. ¶Tertio quia corpori appositum ipsũ vlcerat. Et hoc competit gule per cuius superfluitates frequenter et nimijs humoribus corpus vlceratur r apostematur r multomagis anima. ¶Quarto quia sua caliditate nimia ventrem desiccat. Et hoc competit luxurie que corpus nimis inflammat r bonam humiditatem educendo desiccat ¶Quinto quia nimis comestum corpus inflammat quod cõpetit ire i qua fit ebullitio sanguinis r tot9 inflamatio hominis ¶Serto quia leprã generat. quod competit auaricie que est lepra diuituz sicut dicitur de Naamam. iiij. Reg̃. v. q3 erat diues r leprosus. Hec etiam admodũ lepre est vniuersalis infectio siue corruptio q3 ra dix omnium malorũ est cupiditas. ¶Septimo quia choleram adustam multiplicat. nimia autem adustio cholere melancoliã generat. Vñ melãcolia dicit colera nigra p quã designatur accidia. q3 verq3 sz melãcolia r accidia grauedinẽ r tristitiam causat. illa in corpore ista in mente.

¶Capitulum .lxxxiij.

Vita pñs hũana assimilat flori.

¶Prio rõne generationis. q3 flores in zephyro vero generãt. q̃s significat q3 hõ i hũanitate r mãsuetudine ozit. Nã zephyrus sicut dicit Boeti9 ẽ ventus mitis r suauis sicut boreas ẽ rigidus r tumultuosus. hõ. n. mitior r hũilior nascit eloquio aliis pp q̃s dr q3 hõ ẽ aial mãse tũ natura. In cui9 signũ oia aialia pcer bo minẽ q̃si armata nascũt. vel horribilib9 pilio vel vngulis retortis vel calcib9 durs. vt saltẽ dẽtib9 acutis. q3 dicit Auicenna q3 oia animalia que non carent dentibus nascũt dentata p̃ hominem. ¶Secundo ratione dissolutionis. quia flores in austro vento dissoluũt. Auster enim calidus significat infirmitatis feruorẽ que incolumitatez vel ꝓsperitatem hũane vite dissoluit. Job xiij. quasi flos egredit r cõterit. Flores enim dum hũore modico nutriunt subito solis incendio deficcantur. r omnis corus pulchritudo depdit r ꝓterit r delet. Et similiter accidit de corporibus humanis. ¶Tertio rõne diuulsionis. quia flores in vento boreo diuelluntur. Vent9 boreas asper r fortis ẽ mors p quã humana vita totalr̃ diuellit. Itẽ flores dicunt q̃si fluores. q3 cito defluunt r ad materiã primariã redeunt. Sic hominum vita cito defluit. r per mortẽ humanũ corpus in propriam materiam sz. terram redit. Ja. j. Flos eius decidit r decor vultus eius deperijt.

Capitulum .lxxxv.

Christ9 assimilat illi herbe q̃ dr dracõtea. et eo q3 h̃ herba hz similitudinẽ serpentis r tñ nõ est venenosa imo est serpenti huic cõtraria. Nam eius hasta ad modũ colubri maculis ẽ respsa. hñs similitudinẽ vipere vel dracõis. Florẽ hz purpureũ diuisu r apertum sicut os serpentis de cuius medio ꝓcedit quasi lingua serpẽtis nigra r rotũda. Hec aũt herba odore suo serpẽtes fugat vt dicit Diale. Sic christus habuit similitudinẽ serpẽtis in quãtũ habuit similitudinẽ carnis peccati. sed tñ i rei veritate nõ habuit venenũ. i. peccatum q̃s serpẽs antiqu9. i. diabolus sua tẽtatione hũanc nature immisit. Heb. iiij. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris tentatum per omnia pro similitudine absq3 peccato Vñ christus suc passionis odore ipsos serpentes. i. demones fugauit r nos ab eoruz veneno. i. peccato liberauit. Vñ ipse fuit figurat̃ i illo serpente eneo quẽ moyses fecit qui figurã serpentis habebat r tñ veneno carebat. Lingua aũt. i. doctrina christi fuit serpentina. i. prudẽtissima. Nam prudẽtia serpẽti ascribit. Matth. x. Estote prudentes sicut serpentes. ¶Item nigra q3 humillima. Vnde ipse dixit Matth. xi. Discite a me q3 mit̃. sum r hũilis corde. vel nigra q3 ardẽtissima. res eni adustę nigredinem habent Luce vltimo. Nonne cor nostruz ardens erat in nobis dum loqueret̃ in via ¶Itẽ rotunda. q3 perfectissima. Nã rotũda figura ꝑfectissima figura a philosopho iudicatur. Joh. vij. Nunq̃ sic locutus ẽ homo. ¶Itẽ christus assimilat flori. ¶Primo pp generationẽ q3 flos generat ad calorem solis r infusionẽ roris. r sine lesiõe r apertione arboris. Sic ad christi ꝓceptionẽ calor sanctispiritus se infudit. q ipsam cõceptionẽ fecit Luce primo. i. Spiritus sanctus supueniet in te r virtus altissimi obumbrabit tibi Ros diuine gratie supuenit p quã virgo deo placuit Luce. i. Aue gratia plena dominus tecũ. Nullã apertionez. i. corruptionẽ ꝓtulit. sed virgo cõcepit Isai. vij. Ecce virgo ꝓcipiet r pariet filiũ. r Isa. xj. Egredict virga de radice Jesse. ¶Itez sicut dicit Pythagoras. flos habet i celo patrem sz solẽ. in terra matrẽ sz plantaz r ita ꝓut ipse Origenes dicit in celo est sine matre. r in terra sine patre r ex hoc similitudinẽ habet cũ verbi conceptione. q̃ fuit in celo sine matre sm natiuitatẽ eternã. In terra vero sine patre sm natiuitatẽ temporalem. ¶Secundo christus assimilat flori ꝓpter delectationez quia iste flos delectat visũ sua pulchritudine. i. Petri. j. In quẽ desiderant angeli. Delectat olfatũ sui odoris. suauitate. vt qlibet clamare possit. Trahe me post te &c. Delectat tactum sua lenitate ꝓ. Quoniam tu domine suauis r mitis ad Thitũ. ij. Apparuit bẽignitas. Delectat auditum r etiam gustum r spem futuri fructus. quia quãdo flores sua uces audim9 speram9 fruct9. Multum enim debet auditum nostrum delectare quãdo audimus istuz nostrũ florẽ christũ esse nostrum mediatorem. Nam sicut flos ẽ medius inter ramũ r fructũ. sic ipse est mediator inter nos r deũ. Delectat etiam gustũ

ispe fructus.qz per ipsum tanqz per florez venturi sumus ad illos fructus.Cantico. secundo.Fructꝰ illius dulcis gutturi meo ¶Tertio propter odorationem. Habuit enim ille flos odorem deum patrem affi cientē. Genesis.xxvij. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. ¶Item odorem de menes excellentem ad modum myrrhe que fugat serpentes. Eccles. xxiij. Ego q̄ si myrrha dedi suauitatem odoris. ¶Hez odorem hominem a peccati corruptiōe ser uantem ad modum odoris cedri. Et nota q̄ flos hz odorem quasi indeficientem. qz aualꝰ arefactus z attritus odorem suum non perdit. Similiter dominus noster ie sus christus aualsus in monte arefactus i cruce. attritus in flagellatione. odorem sua uitatis non perdidit sed adauxit. Vnde Ambrosius dicit in libro tertio de spiritꝰ sancto. Flos odorem suum z succisus re seruat. z contritus acumulat. nec aualsus amittit. Ira z dominus in patibulo cruci. nec spiritum emarcuit. nec aualsus euanuit z illa lancee compunctione succisus sacro speciosior fulsi cruoris colore vernauit. ano ri ipse nescius z mortuus eterne vite mu nus exhalat. ¶Quarto propter variatiōez varia namqz florum genera sunt granosa Et dominus noster iesus christus fuit ve viola per humilitatem vt lilium per puri tatem. vt rosa per charitatem. per quam. p nobis se sanguine rubricauit. vnde merito dicitur Eccli. l. Quasi flos rosarum in die busvernis ꝑa. Tāqz flos agri sic efflorebit

Capitulum.lxxxvj.

Helus carnalis z matrimo nialis q̄ est inter coniuges assumatur cepe marino. ¶Primo ratione nocumē ti. qua huiusmodi cepe quā do inuenitur solum est mortiferum z ve nenosū. Tūc enī talis zelus est solus qui ē sine dei timore vel sine prudētie discretio ne. quibus omnis virtus z passio debet cē sociata. Vñ zelus qui est sine cis generat suspitiones z tribulatiōes mortiferas z ve nenosas z ad litterā sequūt quandoqz ve neficia z mortes. Joannis tertio. Si ze lum amarum habetis. cē. ¶Secundo rō ne medicamenti quia reprimitur eius ma licia si in vino z oleo aliquantulum dimit tatur vt sic in medicinio apponatur. quia si amor coniugalis sit cum vino charitatꝪ z cum oleo lenitatis. non nocet sed prodest multum. Et de tali amore loquitur Apo. ad Ephe. v. dicens. Viri diligite vxores vestras sicut z christus ecclesiaz. ¶Tertio ratione temperamenti quia in tali cepe ō bent interiora ac exteriora abijci. quia inte riora propter caliditatem nimiam. exterio ra vo propter ficcitatem multū sunt mor tifera. sed media sunt temperata z multuz medicine accomoda. Sic a zelo matrimo nij debet remoueri illud quod est viciosuz interius. l. amor inordinatus z carnalis. ¶Item illud quod est viciosum exterius vt indiscreta custodia. quā vnus coniugū alteri ponit. Sed amor sine zelus tēperatꝰ z medium teneno laudabilis est z bonus. Et h zelꝰ facit eos concordes in bono z iō gratus est deo z hominibus. Vnde Eccli. xxv. In tribus beneplacitū est spiritui meo que sunt probata coram deo z hominibus Concordia fratrum amor proximorum. vir z mulier sibi bene consentientes.

¶Explicit liber tertius de similitudinibꝰ rerum.

¶Incipit prologus.li.iiij.



Interroga iumenta z docebūt te. volatilia celi z indicabūt tibi. loquere tre z respōdebit tibi. z enarrabunt pisces maris Job.xij. Creator celoz z dñator aquaz vniuersoz rex z dominus creature specialē curā gerēs de homine. quē sua insignitū imagie ad sui fruitionē creaucrat talr oia q̄ ꝓduxit hūanis deputauit obsequijs. vt nō tm ex eoz aspectu solacia capere posset. sed ex eoz usu vel famulatu varia illi ꝓmoda vndiqz ꝓcurirēt. Dez inter ista magnifica sue ꝓ uidētie dicta volatilia celi z pisces maris vt ex sacra scriptura colligit quodā ꝓcipuo munere ad humane vite cōmoda triplr or dinauit. Nā prio ea ꝓstituit in obsequiuz subiectiōis. z b ex verbis scripture clarius itimat. vbi deꝰ hoibꝰ loquēs dicit Gen. ix. Dñamini piscibꝰ maris z volatilibꝰ celi Decebat nāqz vt alia ccia illi subijcerēt q̄ nālis ratiōis fastigio z ꝓuidētie gubernaculo oibꝰ ꝑeminebat. Habēt enī alia cetera ꝑ extimationē vsus z naturalis pru dentie q̄ oium agibiliū ē rō. naturalē quā dā ꝓcipationē. in hoīe No viget ꝑ se vsus z naturalis prudētia q̄ oium agibiliū ē rō directiua. Dē ät qō ē ꝑ participationē sub dīs et q̄ ē ꝑ cētiā. ḡre ꝓueniēs fuit q̄ oia alia boi subderēt. Vñ ps. ait. oia subie cisti sub pedibꝰ eiꝰ oues z boues vniuersas cē. z vsqz ad pisces maris. ¶Secūdo qz dīs pisces maris z volatilia celi hoibꝰ cō cessit in eduliū refectiōis. Siquidē aīa tem pus diluuij herbas tās z fructꝰ arborū ho minibꝰ z alijs aialibꝰ deꝰ ꝓcessit: in cibū vi cēs cis. Gen. i. Dedi vobis oēm herbā af ferētē semē sup terrā. z vniuersa ligna que habēt in semetipsis semētē generis sui. vt sint vobis in escā z cūctis aiantibꝰ terre. Sz postmodū peracto diluuio aialiū con cessus ē esus. Icz cū dño dixit Gen. ix. oēs pisces maris manui vestre traditi sūt. z oē qō mouet z viuit erit vobis i cibū sīsi ole ra virētia tradidi vobis oia. excepto q̄ car nē cū sanguine nō comedetis. Hoc indul tū igit ꝓcessit dīs tū ꝓp hois fragilitatem nec vz ꝓsternerēt in tata vastatione rex. tū ꝓp terre infecūdatē causatā rōne diluuij tū ēt ꝓp aeris differētē varietatē. qz sicut Alcuinꝰ testat. q̄ fuit magister Caroli ma gni. aīa diluuij tpa sup terrā nō cecidit nec erritit pluuia. sed ago fōtiū z rore copioso terra irrigabat. Vñ herbe suauiores erāt z maioris efficacie ad nutriēdū q̄s fuerunt post tpa diluuij. qū aer ventis ac nubibus z pluuijs ac passiōibꝰ alijs distēperat ac p turbat. Icz ꝓ tāto. ꝓbibuit dominꝰ esum car nium cū sanguie mixtū. vt duz hō assumere vitaret. sanguinē bestiaz multomagis hoi rem ret effudere sanguinē hūanū. Vñ subdi tur i eodē capit. Quicūqz fuderit sāguinē hūanū fūdet sāguis illius. ¶Tertio dedit dīs volucres celi z pisces maris in magi sterium instructiōis. qō ex verbis Job supra positi. euidēter cōprobat dē eni Job. xij. In terroga iumēta z docebunt te. cē. Tunc. n. aut iumēta aut volatilia celi aut pisces ma ris q̄rimus cū eoz naturas aut mores sub tiliter indagam⁹. Sed interrogata nos do cēt. loquūt aut respōdēt. cū ex eoz ꝓsidera tiōe ꝑcipimus q̄ter nostros actus cōpōe re debemus. Et iō de piscibus maris lo quēs beatus Ambro. i. li. hexamerō dicit q̄ i signū sunt facti. vt in his nostroz mo rum vitia videremus. z caueremus ea. ¶Qua ꝓp post herbaz z arboz inductas filiudiesꝰ recitat ꝓfr vt in hoc ḡre nēi opus libro de auibus atqz piscibus aliq̄ introducāt exēpla. vt nostro stilo moribus adapten-

tur:Nō aūt mihi licuit de speciebus singulis vel auiū vel piscium in h tam breui tractatulo facere mentionē.ex eo q̄ inumera sunt natatiliuz atq; volatiliū genera:quoni vt de volucribus taceā t marinoz natatiliuz species dinumerare possitaut eas suis noibus singulas designare. Vñ po. ait. hoc mare magnū t spaciosū mānb⁹ rē. Et sm Ambro.plura sunt in mari genera piscium q̄z in terra sunt animalium. Et quo patet q̄ volatiliū t magis natatiliuz spēs q̄ a nobis cognoscuntur.pua qdē particula sūt respectu eoz q̄ ignorāt. Exemplia t si nō de omnib⁹ de aligbus saltem magis famosis t notis inducemus. per stringentes materias singulas quib⁹ adaptabit exempla sm modum in precedentibus habitum sub ordine alphabeti.

¶Capitulum.j.

Abiecti t despecti a mundo suscapiūt t nutriūt a deo.cui⁹ exemplū apparet in pullis aq le.q̄ cū multa grauedine aq la pullos nutrit aliq̄n si tres pullos habuerit vnum abiicit qnē tñ alia auis que fulica dr accipit t nutrit vt dicit Ambro.Tunc aqla pullū proicit cū mūdi⁹ suā amatorē plegt t affligit.quem tñ alia auis.xp̄i gra misericorditer ampleratur. a mūdo etiam coact⁹ recedēs sponte ad penitentiā venit. Vñ sicut Brego.dicit ma la q̄ nos h premūt ad deū nos ire cōpellūt Exe.xxxiij.Quod abiectū erat reducam. ¶Iē abiectos t despectos a mūdo deus eos de excelso p̄spectās pot⁹ ad se trahit. Quod itez exēplo agle ps.q̄ scz est taz limpidi visus.vt cum in aere super mare sera tur vt vix videat.unde tñ pisciculos i mari cōtēplat.t iſtar lapidis imū petit pisciculos rapit attrahit t comedit. Sic deus cuius oculis nuda sunt omnia t aperta.cuius in altitudine lue lucl. nobis sit inuisibilis q̄ habitat inaccessibilem q̄ nemo boiuz vi dere potest. Ipse tñ pisciculos suos i mari erudiens.i.despectos t humiles spiritu i mundo fluctuantes non despicit sed prospicit in imo.ad eos venit suo lumine illustrando eosq̄z ad se trahit suo amore inflāmādo.t quasi cibum comedit eos sibi per familiarem gratiam coniungēdo t incorporando sp̄o. Quis sicut dñs deꝰ noster qui in altis habitare humilia respicit i celo t in terra.

Capitulum.ij.

Absondere dz hō opa bona sua vt nō illa diabol⁹ per inanē gl̄am t ostentationē corrūpat: Est.n.diabolus pauoni silis q̄ ova galline fue pgrit vt frangat t comedat vt liberius libidini vacet.sed gallia ipsa ova abscōdit vt fouet. Sic q̄ diabolus bona nr̄a conatur auferre nos debem⁹ illa p̄ hūilitatem absc̄ōdere sm illud Mathei.v. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Sed qdā sunt sicut galina domestica.que statim cuz ouū emisit clamat t reuelat t iō amittit Isa. xxxvj.Dia q̄ in domo mea sūt viderūt. nō fuit res quā nō ostēderi eis dixit Ezechie de nūcijs babylonis t postea dictum est ei q̄ omnia amitteret. ¶Item q̄ hō debeat bona opera sua absc̄ondere propter timorem superuenientis elationis vel tentationis inanis gl̄e. Patz ēt exēplo cetꝰ i ue balene que non parit ova sicut multi alij pisces sed parit viuos fetus sicut dicit Ambro.Quos quidem postq̄ peperit sc. cū tenet t ducit sed statiz cum aliquid q̄ illio possit esse obnoxium vel terribile sup uenire sentit eos aperto ore in ventrē suū recipit t absc̄ōdit.quouscq̄z trāsierit. omne periculū vel absc̄esserit t tunc eos quasi iā securos viuos t incolumes euomit. sicut idē Ambro.dicit. In quo quidem apere uocamur.q̄ bona nostra que agimus etiā propter timorem glorie aliquando debemus absc̄ondere.t propter aliorum vtilitatem nonunq̄ propalare. Vnde t dominus noster qui discipulis alicubi dixit. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hoib⁹ rc.Matth.v. Ipse etiā dixit. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona rē.in eodē capto.

¶Capitulum.iij.

Abstinētia discreta a cibis liberat hominē a putredine t ardore libidinis.Est.n. homo abstinēs similis pauoni cuius caro tā dura est vt vix putredinē sentiat nec facile coqui valeat si cut dicit Isido. Hāc profecto duriciē moraliter carnis discreta abstinētia facit t causat vt nec putredinis resoluatur sētore:nec libidinis vap ardore:cessat resolutio putredinis subtracta materia seminis scz alimētis:t frigescit flāma carnis :cibis remotis fomentis:sicut ēt lignis subtractis extinguitur feruor ignis. Prouerb. xxvj.Cū defecerint ligna extinguit ignis. Johānes cassianus de institutis monachoz.Nunq̄ inquit poterit ardētes ꝑcupiscentie stimulos inhibere gsgo desideria gule refrenare nō q̄rit. Et Ambro .dicit in sermone de gula q̄ fames amica Virginitati est inimica lasciuie. saturitas Vo cassitatē perdit t nutrit illecebrā.

¶Capitulum.iiij.

Abundantia p̄speritatis sentire ꝓhibet vulnera mētis.Cuius exemplū apparet in cete t in pisce balena q̄ tāte ē pinguedinis.q̄ q̄n pcutitur vulnera nō sentit nisi pinguedo eius totaliter pforata fuerit.sed q̄n caro interior ledit facile capitur.q̄ amaritudinē aque nō sustinēs lituo petit t moritur cito. Velut aūt pinguedo piscis est abūdātia p̄speritatis q̄ quidē dū peccātib⁹ affluit mentis vulnera siue dāna sentire nō permittit. Vnde dñs contra hierusalē dixit.Luce.xix. Nūc quidē in hac die tua q̄ ad pacē tibi.scz absc̄ōdita sūt ab oculis tuis. Sed tūc peccator intrinsecus tangitur cū temporali aduersitate pcutitur. Sunt eni mentiū vulnera peccatoribus quasi extrinseca.et eo q̄ spūalia in q̄bus ledunt quasi reputant extranea. Sz cū in tēpora libus que magis diligūt ledunt quasi intimis vulnerati affligūtur cuius interdum vulneris amaritudinē nō ferētes vt compuncti a suis peccatis lituo penitētie querunt vel lapsi in desperationis baratrum eternā mortē incurrūt.

¶Capitulum.v.

Accidie viciū t cōcupiscentie estus maxime nocent anime.Cuius exēplū apparet in q̄busdā piscibus: quos vt dicit Aristo.i.vij. li.de aialib⁹ imoderat⁹ calor nimiū ledit. Vñ dicit q̄ sūt pisces q̄ apud ascensū canicule moriuntur ꝑcalore. Vñ pisces in estate fugiunt a litoribus calidio in ꝓfundū mare Silr nocet eis magnuz frigus t maxime habētibus lapidē in capite sicut cāeri t huiusmodi. Nā talis lapis ex frigore cōgelatur t sic de facili moriunt. Quasi ergo calor estatis feruor t flāma est cōcupiscētie carnalis que nisi extinguat interimit:ideo fugiendū est in profundū maris.i.ad abūdantiā lachrymaz,puenientiū ex amaritudine cordis vt lachrymaz refrigerium extinguat cōcupiscentie estum.Quasi hyemis Vo frigus rigēs est accidia spūt⁹: q̄ habētibus lapidē in capite.i.duriciem in mente ꝓcipue est mortalis. Nā si coz de se durū est p accidie frigus amplius induratur. Et iō facile morte cuiusdaz desperationis inducit t induratum obtenebrat. Zacha.xiij. Non erit lux sed frigus t gelu.

¶Capitulum.vj.

Actiua vita frequētiam hominū t socictatem requirit contēplatiua Vo solitudinez diligit. Vnde tā actiui q̄z cōtemplatiui humiles sunt animo:Quaz quedam societatem amāt humanā vt gallinc:galli anseres columbe ciconie hyrūdines t huiusmodi. Nam gallinis quidem assimilant prelati

den tes.i.prelati quorum est subditos cō-
gregare ⁊ defensare quēadmodū gallina
cōgregat pullos suos sub alas vt christus
de se dixit Matthei.xxiij. Anseribus au-
tem assimilantur seculares potētes quoꝝ
est iuuicā ⁊ reipublice salute diligēter cu
stodire. Nam anseres vt dicit Ambro. in
hexameron.xvj. fūt optimi locorū custo-
des. Sed anatibus assimilant claustrales
qui quasi anates morari debēt in aquis
penitentie ⁊ aquā lachrymarū vel sapien
tie scripturarū frequētare. Colūbis autez
qui cū simplicitate habēt sedūdatē fre-
quenter pullificantes assimilant coniuga
ti qui pure ac simpliciter coniugalē vitaz
ducūt. Ciconijs āt que certo tēpore ꝯgre
gantur maria trāsuolādo assimulantur pe
regrinātes ⁊ precipue qui tranſmarinam
peregrinationē frequentāt. s. ad terrā san
ctam. Hirūdinibus aūt clamosis ⁊ gar-
rulosis assimilant predicatores: qui con-
tra peccatores clamant ⁊ garriunt. Oēs
eni hmōi ⁊ alij cōsimiles hominū frequē
tiam volūt ⁊ nō solitariā vitā. ¶Quedaz
Vo aues sunt q̄ hominū societatem ⁊ co-
habitationē fugiūt nec suos nidos hoies
scire volūt vt aues que vocant siluestres.
Talibus similes fūt anachorite ⁊ viri cō-
tēplatiui q̄ hominū frequentiā fugiunt ⁊
mūdo fūt abscōditi in latibulis ⁊ in soli
tudinibus morātur. p⁹. Ecce elongaui fu
giens ⁊ mansi in solitudine. ¶Ité actiui
mouent motu piscū: sed cōtēplatiui mo-
cōtracto corpore in longitudinē minoreꝫ
quo intra repellente aquas in anterius se
propellit. Hñ vtitur quibusdā penulis in
natando sicut auis in volādo: sed tamen
alio modo q̄ piscis natāo pennulas mo
busdā brachijs siue remis aquā apiectēs
in anterius se extēdit. Auis Vo mouet pē
nas sursū ⁊ collectum aerem p expressam
alaꝝ amplitudinē cogit exire per partem
posteriorē. Vnde dū aer a posteriori re-
pellitur corpus in anteriꝰ mouet. Piscis
āt natāo in aqua est hō solicitus ⁊ opero-
sus in actiua vita q̄ tunc in minorē longi
tudinem se cōtrahit q̄n se ad humilitatez
reducit dicēdo ⁊ sentiēdo cū Apost. Ego sū
minimus omniū ⁊c. i. Corinth. xv. Sic ⁊
dominus discipulos monuit dicēs Luce.
xvij. Cū omnia benefecerimus dicite serui
inutiles sumus. Sz nihilominus nō di-
mittat q̄n adhuc post talē ꝓtractionē. humi
litatem ad bene agendū se extendat.
Nam tali nitu. i. humilitatis ⁊ labore p
pellente diuina gratia mirabiliter ad an-
teriora proficiet: Vnde iste sunt due pen-
nule q̄bꝰ actiuus proficit .s. humilitas ⁊
operositas: dūmodo ea que retro fūt ob-
liuiscens ad anteriora se disponit atq; ex
tendit vt sic ad modum piscis natantis a
posteriori in anterius proficiendo incedat
Sed tanq̄ auis volans in aere est ho
mo elevatꝰ i ꝓtēplatiōe: q̄ tūc alas siue pē
nas intellectꝰ ⁊ affectꝰ sursū erigit cū cogita
tōe ⁊ auiditate ea que sursū sut sapit. Cūc
aūt aerem p expressionem alarum collec-
tum posterius emittit q̄n ex dulcedine
q̄ cōtēplatione ⁊ affectiōe gustauit ad
posteriora. i. tēporalia cōtēnenda intendit
⁊ dū aer a posteriori repellitur in anteri-
us corpus mouet: q̄ dū mūdus plene de
spicitur animus in spūalibus virtutibus
semp proficiendo profitetur. ¶Ité actiua
assimilant auibus que morantur in aqs.
In quibus vt dicit Aristo. natura ingenia
ta est vt pedes haberent latos ⁊ clausos
non inter digitos diuisos propter natan-
di necessitatez: vt sc̄z latitudine pedū aquā
propensius pulsent. vt sic pulsis retro aq̄
quasi remigando in anterius se extendāt.
Caudas autem breues habent ne in na-
tando madefactione caude se impediant
Sic simili etiam modo actiuis qui proxi
morum necessitatibus per pietatis opera
seruiunt competit habere pedes latos. i.
affectus expansos ad omnem pauperum

clausos ad peccatum vel ad mundani
fauoris appetitum ⁊ inter digitos non di
uisos. i. sine dissensione ⁊ discordia operū
Vel debent habere homines actiui digi
torum distinctionem tamē sine scissione
eorum. i. debent habere operū discretiōez
tamen sine discordia ⁊ dissensione: quan-
to aūt latiori pede. i. largiori affectu aquā
tribulationis ⁊ necessitatis proximorum
ab eis propellere nitūtur tanto ipsi copio
siori fructu in proficiēdo gradiuntur. Cau
dam etiam debent habere breuem i. cele
rem expeditionem agendorum vt nō pro
trahant dādū angustiato. Vnde dicitur
Prouer. iii. Ne dicas amico tuo .i. christo
vel pauperi eius vade ⁊ reuertere ⁊
cras dabo tibi cum statim possis dare.
¶Ité actiua vita requirit maxime purita
tem intentionis q̄ patet exemplo meru-
le que cum vbiq; sit in pennis nigra: in
acbaia inuenitur candida. Acbaia que in
terpretatur soror laborans actiuam vitaz
designat que requirit germanitatez con
templationis. Due enim sorores fuerunt
Rachel ⁊ Lya. Quarū prima contēplati
uam: secūda Vo actiuā significat vitā. Et
alie due sorores in euangelio sc̄z Maria
magdalena ⁊ Martha h̄ idē figurare di-
cuntur. Habet etiam actiua vita laborez
actionis. Vnde ⁊ satagebat Martha la
borans circa frequēs ministerium. erat. n.
solicita erga plurima ⁊c. Est autem velut
candida merula actionis intentio munda
⁊ ideo candida merula Acbaie mūda in-
tentio est in operibus vite quam dīs mū
dandā esse docuit cū dixit. Mūda prius
q̄ intus est calicis ⁊ parapsidis: q̄ enim
calice poratur sitiēs. parapside Vo esuriēs
reficitur: merito quidem in calice ⁊ para-
pside designātur elemosyne ⁊ opera vite
actiue. Sed id q̄ intus est calicis ⁊ para
psidis est lateno intentio elemosynam fa
cientis quam quidem prius mundare de
bet q̄ dare elemosynam. Ante enim la-
uatur parapsis q̄ fiat immissio cibi. Et
ante mundandus est calix q̄ fiat infusio
vini ⁊ aque. Iurta dictum Horatij poete
in quadam epistola Troiani belli vbi di-
cit. Sincerū nisi sit vas q̄cūq; infundis
acescit. Sic quoq; mūdanda est intentio
ante exercitium boni. ¶Item actiuus hō
assimilatur pisci tymalo. Est eni tymalus
sicut dicit Ambro. q̄dam piscis quem tici
ni fluuij vnda nutrit: sic dictus a tymo eo
q̄ redoleat ad modū floris tymi. Vnde
de eo qui suauiter redolet facete dictum ē
aut florē redolet aut piscē: q̄ consimilis
odor est illius floris ⁊ piscis. Vñ in Apo.
phiale plene odoramentorum dicunt ora
tiones sanctorum. Sed actiuus redolet p
rimo ad modū piscis. Mā ille tymalus pi
scis ⁊ redolet ⁊ reficit. Et sic hō actiuus
redolet exemplo ⁊ reficit ex dato.

¶Capitulum.vij.

Adulatores seu heretici qui
suauibus verbis ac dulcibꝰ
quosdam simpliciores sedu-
cunt: quibusdam marinis
bellois possunt assimilari.
Dicit enim Horatius pbo in libro suo de
animalibus q̄ est belua quedam in ma-
ri que de faucibus suis aquam expirat:
cum vapore odore pleno. Vnde pisces
sequuntur ipsum odorem sentientes: ⁊
intrāt odoris gratia in fauces eius: que
protinus ispos deglutit ⁊ sic ex eis se pa-
scit. Est etiam piscis alius fallax dictus i
cuius ore aqua hausta dulcescit quem pi-
sces minores sequentes ⁊ eius os intran
tes subito deglutiuntur ab eo. Quia igit
scriptum est Prouerbiorum.xviij. Aqua
profunda verba ex ore viri. Tanq̄ aqua
odorifera vel dulcis ex ore piscis sunt ver
ba blanda nec non adulantia quibus at-
tractos simplices quasi in ventrē trajici-
endo deglutit dum eos decipiendo se-
ducens ad intēram nequiciā trahit. ¶Ité
adulatio blanda interdum mentes vanas
occidit. Quibus aspera ⁊ vera locutio red
dit vitā. Cuius rei exēplū apparet i cicada

quā siquis oleo perfundit statim necatur eo q̄ poris obstructis spirare minime valet:sed statim si superfundat aceti tū ilico reuiuiscit eo q̄ poros aperit quos virtus obstruxerat olei:t hoc idē p oia beatus Ambrosius dicit.Tūc ergo oleo cicada pfunditur cū mēs vana adulatione limi: t tūc obstructis poris necatur:qñ suis sibi clausis t occultatis defectibus in superbiā elevatur sed aceti pūgētis asperitas eidē vitā reddit.q: hāc increpatō aspa ad verā sui noticiā t vitalē būilitatē reducit. Vñ bene.ps.dicit.Corripiet me iustus in misericordia t increpabit me:oleū aūt peccatoris impinguet caput meum.

¶Capitulum.viii.

